


Santa Cruz  
68

UVABHSC



UVA.BHSC

UVIA.BHSC

VITA.  
GONDISALVI PINARII  
EPISCOPI VISENSIS.

Autore.  
IACOB O MENOETIO  
VASCONCELLO.

Lusitano.

Aliquot præterea opuscula eiusdem Vasconcelli.

CONCESSA FVIT EXCVDENDI  
facultas Regiæ Maiestatis diplo-  
mate & supremi senatus  
sanctæ Inquisitionis  
authoritate.

EXCVDEBAT MARTINVS  
Burgensis typographus academiæ  
Eboræ anno  
1591.




VITA  
CONDISALVI PINARII  
PERISCOLI AIZENSI

Amore.  
IACOBO MENOETIO  
VASCONCETIO.  
Tugisso.

Alidout pietatis obsequies etiam Vascosellii  
funeris Regis M. scilicet qibio  
mire & tumulorum  
tagis peregrinacionis  
singularem.

CONCESSA VITA EXCAVENDI

EXCUSEDAT MARTINA  
Pugnare ibique tamen secundum  
Populi suorum  
1721.



¶ Illustriſſimos Senhores.

¶ Pax Christi.

¶ Vi com outro padre da Companhia como por Vostas Merces  
me soy encarregado, a vida do Bispo de Viseu Dom Gonçallo Pi-  
nheiro : a qual compos em latim o Doctor Diogo Mēdez de Vaf-  
concellos seu Sobrinho, juntamente com algūas Epístolas & Poe-  
mas em latim. Nam achei nelles cousa contra a fe, ou bōs custumes;  
antes sam proueitosos & se podem imprimir. Do Collegio de E-  
uora da Companhia de I E S V aos 27 de Feuerciro de 1589.

¶ Christouam Freire.

¶ Vista esta informaçāo podesse imprimir este liuro em Lixboa  
6 de Março de 89.

¶ Jorge Saram.

¶ Antonio de Mendoça.

¶ ✠

¶ Eu

V el Rey faço saber aos que este aluara virem, q auê-  
do respeito ao que na petição atras escripta, diz Dio-  
go Mendez de Valsconcellos Fidalgo de minha casa  
& Conego na See da cidade Deuora, ey por bê & me  
praz q elle possa imprimir o liurode que na dita pe-  
tiçam faz mençam, que diz que tem composto da vida do Bispo de  
Viseu Dom Gonçalo Pinheiro seu tio q Deos perdoe, & assi mais  
algüs verlos deuarias cousas & cartas tudo em latim: o que assi ey  
por bem, visto a licença que temdo sancto Officio da Inquisiçam,  
& mando a todas as justiças, officiaes & pessoas que cumpram &  
guardem & façam comprir & guardar este aluara: o qual se tres-  
ladara no principio do liuro ga se saber como eu ouue por bem que  
se podesse imprimir Francisco Barbosa o fez em Lixboa aos qua-  
torze de Setembro de mil & quinhentos & noventa & hum. Eu Fra-  
ncisco Nunez de Pauia o fiz escreuer.

REY.

**REM** *de la Sécurité sociale et de l'assurance maladie*

¶ REM GRATAM STUDIOSES ME  
facturum existimau, si hic breuiter exponerem  
antiqua vrbiū, & fluuiorum, ac mon-  
tium nomina, quorum fit mentio, in  
illis carminibus, quæ Sebastiani re-  
gis expeditionem continent.

¶ Minius fluuius. Vulgo Minhò.

¶ Limica rura continent regionem illam, in qua est oppidum anti-  
quitus dictum Forum Limicorum hodie Ponte de Lima.

¶ Belion straboni dicitur flumen, quod vulgo Lima dicitur, Olim  
Limia, & Limæa, & Lethe dicebatur.

¶ Tamaca fluuius. Hodie Tamaga.

¶ Bracara celebris ciuitas. Vulgo Braga.

¶ Vrbs Calensis nobilissima. o Porto.

¶ Contia. Hodie ut credimus Miranda de Douro ex Strabone,  
& veteri inscriptione.

¶ Brigancia hic ponitur pro ea ciuitate quæ caput est Brigantini  
ducatus vulgo Bargançadicitur.

¶ Amarantus, mons satis notus.

¶ Medulius mens apud Orosium estille, qui hodie dicitur serra  
do Gire, & Callaciam seu Gallegiam à Lusitania diuidit.

¶ Lameca, Lamego.

¶ Lancia pro visensi vrbe ponitur propter antiquam inscriptio-  
nem ibi repertam.

- ¶ Vacua flumen, hodie Vouga.
- ¶ Selia flumen quod Mundæ miscetur, vulgò Seire.
- ¶ Cuda flumen hodie Coa.
- ¶ Munda Mondegua.
- ¶ Talabriga Aveiro.
- ¶ Aeminium oppidum quod hodie dicitur Agueda.
- ¶ Langobrica ut ex itenerario Antonini colligitur fuit in eo tra-  
ctu, vbi hodie est oppidum dictum vulgò Feira.
- ¶ Herminius mons, hodie Serra da Estrella.
- ¶ Igedeta vulgò a Guarda, vel Idanha.
- ¶ Caua Julia Couilham.
- ¶ Zeccarus fluuius qui Tago miscetur, vulgò Zezere.
- ¶ Tagus fluuius notissimus, hodie Tejo.
- ¶ Scallabis oppidum celebre, vulgò Sanctarem.
- ¶ Moro fuit eo loci, vbi hodie est castellum Almourol vulgò.
- ¶ Fraxinum vnde fraxinæ manus iuxta Antoninum est oppidum  
hodie dictum Alpalham.
- ¶ Arabrica, vnde Arabrica signa, hodie Pouos aut, vt quidam vo-  
lunt, Alanquer.
- ¶ Eburobritium oppidum est dictum vulgò Euora dalcobaça, sit  
eius mentio a Plinio lib. 4. ca. 21. vbi corruptè legitur Eburo,  
Britium, quasi duo sint oppida.

¶ Arua

¶ Arua Collipponis, hodie ager Leirinensis, Termo de Leiria,  
fuit autem Collipo antiquum oppidum ex cuius ruinis, Leiri-  
nensis ciuitas constructa est.

¶ Cœlia rura. Regio inter Schalabim, & Conimbricam vbi olim  
fuit oppidum Cœlium, ut appetet ex itinerario Antonini,  
hodiè dicitur Ceice.

¶ Mindi iuga, vulgo Serra de Minde.

¶ Ansidianeos saltus, vulgo Serra de Ansiam.

¶ Lunæ saltus. Serra de Sintra.

¶ Cetobrica oppidum vulgo Setuual.

¶ Callipodis ostia, vulgo rio Cadam.

¶ Aritium. Benauente vulgo.

¶ Salacia. Alcacere.

¶ Turduli populi incolentes Orichensem agrum, vulgo Campo  
Douriche.

¶ Merobriga. Oppidum vulgo Sanctiago de Cacem.

¶ Sacer mons. Promontorium Sacrum, vulgo Cabo de s. Vicente.

¶ Balsa. Ciuitas in Algarbiensi regno, vulgo Tauira.

¶ Pharos vrbs episcopal is in eadem regione, vulgo Faro.

¶ Ossonoba. olim fuit nobilissima ciuitas ex cuius ruinis Pharos  
crevit, visuntur eius vestigia in vico Pharensis agri, qui vulgo  
dicitur Esto.

Annibal is portus. Oppidum in eodem tractu, quod hodiè dicitur  
Aluor, aut Villa noua de Portimani.

¶ Laco-

**L**acobriga. Ciuitas nobilis in eadem prouincia Algarbiensi,  
vulgò Lagos.

**A**nas. Fluuius notissimus, hodie Guadiana.

**M**yrtillis Iulia. Oppidum quod vulgò dicitur Merrola.

**P**ax Iulia. Ciuitas, hodie Beja.

**S**erpa. Antiquum nōmēn retinet, ut constat ex veteri inscriptiōne ibi reperta.

**A**ruccia. Oppidum vulgò Moura.

**H**eluia ciuitas. Hodie Elvas.

**V**etones. Populi sunt, quorum metropolis olim fuit Emerita.  
Vulgò os da Estremadura.

**A**rotebrae. Populi iuxta premontorium Celticum, quod vulgò  
Finis terræ dicitur.

**N**oeria rura. Regio vicina Celto, seu Noerio promontorio,  
vbi hodie Chruniensis ciuitas sita est.

**A**mæa. Ciuitas vulgò Portalegre.

**M**edobrica. Oppidum ad radices montis Herminij qui postea  
Armenius dicitur est, a quo nomen sumplit; vulgò enim dicitur Aramenha, vbi multa extant antiquitatis vestigia.

**E**t hactenus de antiquis nominibus. cætera ex libris  
antiquariorum (Deo Opt. Max. fauente) harum  
terum studioli, breui cognoscere poterunt.

¶ Prose

¶ SE-

¶ SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO  
Archiduci Austriae S. R. E. Cardinali Iacobus Menoetius  
Vasconcellus perpetuam felicitatem exoptat.  
(...)

**A**N T A est vbiq; tui nominis fama Serenissime Princeps, tam eminens, atq; excelsus amplissimæ tuæ dignitatis gradus, vt nemo sit, qui ob heroicas tuas virtutes, & Cæsarei stemmati claritatem, te non magnopere suspiciat, atq; admittetur. Testis est vniuersa Lusitania, quæ post sapientissimum, fortissimumq; regem suum Philippum, auunculum tuum, ita te diligit, amat, obleruat, atq; veneratur, vt delicias suas, & totius regni amorem, ac decus appellare soleat: & merito: quid enim amabilius, quid præstantius Principe benigno, pio, iusto, sapiente, omni deniq; virtutum genere ornatior verum ad eas cauñas quæ mihi ad te amandum sunt cum omnibus communes, illa etiam propria, & peculiaris accedit, quod literarum studijs enixè atq; ex animo faueas, vt qui in illis iam inde à teneris annis feliciter sis versatus, & summa cum animi voluptate, earum suauissimos fructus quotidie percipias. Quæ me res impulit, vt cum primum in hanc prouinciam, vna cum tibi charissimo, tuiq; amantissimo rege peruenisti, & vtriusq; iucundissimus conpectus, his terris tanquam aliquod salutare fidus affulxit: statim tibi animum hunc meum, tuo nomini addictissimum, aliquo literario munusculo declarare constituerim, idq; non semel, apud amicos, tam presens, quam per literas sim testatus. Sed ab incepto me hactenus reuocauerat, tum ingenij mei tenuitas, tū etiam incredibilis quædam de tua eruditione, & iudicij acumine, à me concepta opinio. Sic enim iudicabam, principi doctrina, & sapientia prestanti, nil nisi summum & omnibus numeris absolutum dicari debere. Sustulit autem hunc metum, & omnem tandem pro crastinandi occasionem, singularis quædam humanitatis tuæ fama, qua cæteras virtutes ita exornas, vt dubitem, vtrum tibi plus amoris, & benevolentiae, lenitas morum ac benignitas, an vero innumerae aliae animi tui dotes apud homines concilient. Cœpi itaq; inter scriniola

A

mea

mea peruestigare quid potissimum, tibi hoc tempore offerre possem,  
& illico fese obtulit commentariolum de vita, & rebus gestis  
Gondisalui Pinarij, auunculi mei, summatim a me conscrip-  
tum, quod veluti primitias quasdam lucubrationum mearum  
me in lucem aliquando editurum sub tuo nomine sepius  
sum pollicitus. Quod si hoc mea erga te, obseruantiae,  
& benevolentiae pignus, minimè tibi displicere in-  
tellexero, animum mihi, ad maiora elucu-  
branda, edendaq[ue] addideris. Deus opt.

Max. te nobis Serenissime Princeps  
quam diutissimè incolorem  
feruet. Ebora: iij Kalen-  
das Ianuarij. Anno  
M.D.LXXX.

(○○○)

¶AD



# ¶AD EVNDEM PRINCIPEM

Panegyricus.



IVINO afflatus Salomon rex numine, varias  
Esse hominum dixit curas, & inania cuncta,  
Religione dei excepta, que sola beatos  
Efficere, æthereaque potest in sede locare,  
Qui virtute duce, & factis præstantibus ipsam  
Rite colunt, veraque animi pietate sequuntur.

Id tu animo voluens Princeps Alberte, Senatus  
Gloria Romulei, genus alto à sanguine gentis  
Austriacæ, & Mariæ Augustæ generosa propago.  
Illa fugis, quæ vulgus iners sectatur, & acri  
Affection studio, nec te de tramite recto  
Flectit inutilium leuis admiratio rerum:  
Sed summi veneranda dei præcepta sequutus,  
Regales inter strepitus, dulcesque benignæ  
Fortunæ Illecebras, gaudes florentibus annis  
Moribus esse senex, rigidumque amplexus honestum,  
Pergis ad antiquos animum traducere cultus.  
Non fastu incedis tumidus, densissima quanuis  
Turba Satelliti, cingat latus, & tibi supplex  
Se se nobilitas demittat ad oscula dextræ.  
Excipis humanè cunctos, nec despicias ullum.  
Leniter affaris miseros, inopesque benignis  
Prosequeris donis, nec puro in pectore nœvus  
Vllus auaritia apparet, moresque pudicos  
Perpetuo seruans castæ, moderamine mentis,  
Ad decus, & veram pietatem accendere factis  
Egregiis alios certas, operamque saluti  
Communi impendis, sic publica commoda curans,  
Ut tibi non tantum natus videare, tuisque  
Priuatim studijs, hominum sed factus in usus.  
Nec tamen impediunt te tanta negotia, quanvis

A 2

Vndiq;

Vndeq; circumstent, ingenti pondere rerum:  
Quominus Aonie, reperas commercia turbæ,  
Pieridumq; chorū, Phœbæaq; castra frequentes.  
Et modo Graiorum versas monumenta diurna,  
Nocturnaque manu, veteresq; euoluis Athenas:  
Nunc Latium, & claros Italæ telluris alumnos,  
Adiungis Danaum genti, turbæq; Pelasgæ,  
Attica Romanæ milcens modulamina linguae.  
Vnde tibi dulces fructus, requicemq; labori  
Quæris, & assiduis interscris otia curis.  
Hinc te magnanimus miratur auunculus, orbis  
Maximus ille armis rex, ac pietate Philippus:  
Teq; sibi locum casus de legit in omnes,  
Imperijsq; tibi latas commisit habenas,  
Lysiadasq; suos, qui te venerantur, amantq;  
Faustaq; cuncta tibi exoptant: quos inter amore  
Si certare licet, comitem me iungere primis  
Non dubitem, studio tua qui mandata fidelis  
Expediunt, veraq; colunt te mente, tuisq;  
Liminiis assiduo pulsant celsa arria gressu.  
Sed pudor audendi parcus, tenuesq; pusilli  
Ingenii vires, quarum mihi conscius ipse,  
Haec tenus ignotum tibi me fecere, tuisq;  
Ardua enim vitans, humiliq; hac forte libenter  
Contentus, cupio tranquilla per otia vitam  
Ducere, & oppositas studijs incidere curas.  
Idq; tibi gratum magis, & laudabile vitæ  
Effe genus credam, quam si me ætate senili,  
Vrbis Vlyssæ per compita celsa vagantem,  
Ambitio traheret, vulgi sermonibus aures  
Præbentem, ac procerum tectis, aulæq; vacantem.  
Non ea mens nobis, non ijs mea conuenit ætas:  
Quæ mihi vicenos iam ter prope computat annos.  
Hausimus assiduo tria iam per lustra labores  
Dulci pro patria, pro religione, sacrifici  
Legibus, & superum impigre descendimus aras.

Lampada

Lampada tradidimus claris pterate, fideq;  
Et virtute viris, plebisq; equitumq;, patrumq;  
In solito aplausu, scit me non vana referre,  
Hesperiae pars magna plaga, quam fluctibus ambit  
Oceanus, liquidisq; rigat Tagus aurifer vndis.  
Tempore iam ex illo, priuatam ducere vitam  
Constitui, immotaq; manet sententia mente.  
Nunc tua me virtus, tua terris dedita fama,  
Et morum eximius generoso in pectore candor  
Haec offerre tibi munuscula maxime princeps,  
Atq; iterum doctas desueta ad carmina mulas  
Sollicitare iubent, positumq; resumere plectrum.  
Nam velut Atnææ Cereri sunt debita frugum  
Munera, Cecropiam meritò sibi Pallas oliuam  
Vendicat, & dulcis suspenditur vua Lyæo:  
Sic modulata pijs debentur carmina vatuum  
Principibus, quorum cœlo nitet æmula virtus.  
Ferte chelin, viridi præcingite tempora lauro  
Aonides, vos ille colit, studioq; benigno  
Et fouet, & teneris semper dilexit ab annis.  
Salue magnorum titulis insignis auorum,  
Gloria Pannonicæ Princeps clarissime gentis,  
Cæsareæq; domus, quam protulit Austria fœlix,  
Austria Cæsaribus regio fœcunda creandis:  
Qui verâ pietate animi, & vietricibus armis  
Imperijs fines, maiestatemq; tuentur.  
Quos inter micat ingenti virtute Rodolphus:  
Auspicijs cuius Romana potentia Turcis  
Imponet fatale iugum, Scythicosq; tyrannos  
Ultra Caucaseas coget remeare paludes.  
Ne certent Alberte tibi, cedantq; Piorum  
Nomina, quos tantis decorat veneranda vetustas.  
Laudibus, & meritis attollit Roma trophyis.  
Cedat, & Iliacis qui sacra, deosq; ruinis  
Eripuit, subiqt; senem ceruice parentem.  
Non tibi deliciæ cordi, nec blanda voluptas

Allicit excelsam falsa dulcedine mentem.  
Sed neque duritiem morum sectaris inanem.  
Ipse tui rigidus censor, placabilis illis.  
Quos regis, egregio fidos tibi reddis amore.  
Largus opum, recti⁹ tenax, seruator honesti.  
Summa⁹ cum rerum tibi sit permitta potestas.  
Sic tamen imperij moderaris frena benigni,  
Ut neque iustitiae sacras transcendere metas,  
Nec sancita semel cupias infringere iura.  
Macte animi pietate, dei reverentia nulli  
Altius infixa est menti, clementia nulli  
Maior, & in leges nemo propensior æquas.  
Tu regni commune bonum, tu publica queris  
Comoda, tu claros doctrinæ laude, probos⁹  
Eximia pietate viros complecteris, atq;  
Efficiis, ut dignis sint præmia certa, nec ullum  
Ambitus, aut fallax rapias fortuna fauorem.  
Te secura quies animi, tranquillaç⁹ mentis  
Sedulitas, reddunt princeps, setuant⁹ beatum.  
Atq; vbi Nestoreos vitæ superaueris annos,  
Hæc tandem optato facient succedere celo.  
Quò neque pyramidum moles, nec montibus altis,  
Impositæ ducunt munitis turribus arces:  
Sed pietas, & prisca fides, atq; ardua virtus.  
Hæc satis o dulces fuerit cecinisse camenæ  
Vicinos Eboræ campos dum Sirius ardens  
Vrit, & æstiuas iucundè ducimus horas:  
Meq; fouet viridi gremio Silueria villa.  
Quam gelidis sœcundat aquis Laurentius amnis,  
Et nemus ingenti r̄amorum protegit umbra.  
Tempus erit, venientq; dies labentibus annis  
Cum flavum Tiberim, & Romana palatia, princeps,  
Albertus, træplici cinctus diadematæ frontem,  
Intrabit magna regum comitante caterua,  
Impositusq; altè solio, plaudente senatu,  
Iura dabit populis, rutila quos lampade phœbus

Lustrat,

Lustrat, & Oceanus liquidis circumfluit vndis.  
Tunc mihi Pegasides vestros penetrare recessus  
Fas sit, & argutos haurire è fonte liquores.  
Tunc mihi Mæonijs vatis concedite plectrum.

¶CV M EBORAM REX NOSTER  
potentissimus, & inuictiss. Philippus  
ingressus est.

¶Epigramma.

Mœnibus hanc olim validis Sertorius urbem  
Cinxit, & irriguis nobilitauit aquis.  
Iulius egregio Cæsar dignatus honore,  
Ciuibus antiqui iura dedit Latif.  
Strenuus inuicta Mauris virtute Giraldus  
Eripuit, populo restitutus pio.  
Qui modo murorum complectitur ambitus urbem  
Fernandi regis nobile fertur opus.  
Collapsum senio ductum instaurauit aquarum  
Ioannes, Eboræ captus amore suæ.  
Insignes alij diuerso tempore reges,  
Certatim, hanc donis excoluere suis.  
Quæ nunc hospitio magni decorata Philippi,  
Vertice sublimi sidera clara ferit.  
Atq; ait, hæc fuerit votorum summa meorum,  
Nil, quod posteritas addere possit, erit.

A 4

¶VI;

VITA.

GONDISALVI PINARII EPISCOPI  
Visensis Iacobo Menetio Vasconcello  
autore.  
(::)

**G**ondisaluu Pinarius Cethobricæ, quæ Lusitanæ  
vrbs est, ex claris, & piis parentibus ortus, in  
prima statim pueritia, literas humaniores didicit,  
et mox ineunte adolescentia, iuri pontificio ope-  
ram dedit: primum in academia Olisiponensi, quæ  
eo tempore florebat. deinde vero in Salmanticensi, vbi sub  
clarissimis professoribus, breui in literis magnos progressus  
fecit, & apud reliquos studiosos non vulgarem sibi virtutis  
& eruditio[n]is famam comparauit. Itaque in diu[is] Bartholomæi  
collegium admissus, & deinde ad doctoris gradum prouectus, a  
deo celebri nomine apud Salmanticenses esse cœpit, vt à non-  
nullis amicis ad senatoriam dignitatem, ex Pintiana curia in-  
uitatus fucrit. Qua conditione repudiata, in Lusitaniam re-  
dist, accessitus à clarissimo principe Iacobo Brigantij duce, re-  
gis Emmanuelis ex sorore nepote, cuius familiæ addicetus erat,  
cui operam suam in grauioribus negotijs obeundis biennio na-  
uauit. Quo exacto, ad ecclesijs, in quibus sacerdotia obtine-  
bat, ab eodem duce sibi collata, secedere dederuit: quæ in ea  
regione sitæ sunt, quam vulgo Lusitani vltra montanam vo-  
cant. Erat dux eo tempore Conimbricæ, quò pestilentiae vitan-  
dæ caussa confugerat. Obtenta igitur ab eo profiscicendi licen-  
tia, in orio tranquillo, & honesto vitam traducere decreuerat,  
in illa regni parte, a strepitu, & aulico ambitu longe remotissima:  
distat enim ea regio Olisipone octuaginta circiter his-  
panis leuis. Sed longè aliter res accidit, nam vix clapsi se-  
mestri,

mestri, cum ex amicorum literis intellexisset, canonicatum Eborense ecclesiæ, qui paulo ante vacarat, alicui ex iurisperitis conferendum fore, qui in litteris optimum ingenij specimen dedisset, Eboram se contulit. Quia in urbe Iohannes rex, eius nominis tertius, eo tempore moram trahebat. Quod peruenit incunte Iunij mense, anno millesimo quingentesimo trigesimo tertio. Ac facto virium periculo in legali, & canonica scientia cum alijs candidatis, Alphonsi Cardinalis regis fratribus, qui Eborense ecclesiæ præerat, omniumque canoniconorum, qui certaminis interfuerant, suffragijs victor declaratus, canoniciatum adeptus est. Vnde illi mox ingens eruditio[n]is fama accreuit. Quia rex permotus, senatoriam dignitatem ei sponte obtulit. Nec multo post, episcopum Zaphiensem iam designatum, vna secum Olisiponem proficisci voluit. Vnde post suscep[t]um consecrationis munus, illum confestim in Galliam misit, vt Baionæ, quæ ciuitas est Aquitanie, vna cum quibusdam alijs collegis, ardua quedam, & difficultilia negotia obiret, quæ inter ipsum, & Franciscum Gallorum regem incidenterant, propter nostrorum hominum querimonias, qui se à Gallis, fortunis suis spoliatos, & multis affectos iniurijs, assidue querebantur, Nec deerant apud Gallos, qui se à Lusitanis male mulctatos, & pro pyratis, atque hostibus immerito habitos dicerent. Cumque eò iam res deuenisset, vt ad arma, & bellum incommoda spectare videretur: placuit prudentissimis regibus, vt commune quodam tribunal constitueretur, pari iudicum numero, totidemque aducatis, ac scribis ex utroque regno, vbi res suas iure repetere possent, qui se vim passos, & iniuria aliqua affectos legitimis probationibus ostenderent. Quia in obecunda prouincia, cum ipse inter Lusitanos præcipuum locum obtineret, inter Gallos vero Camagnus secundus præses senatus Burdigalensis, tanta ab eo diligentia est exhibita, vt sedatis simultatibus, ac mutua inter utrosque benevolentia contracta difficillima negotia utrinque peracta, ac molestissimæ lites sopite sint: confluente eò quasi per integrum quadriennium, tanquam ad commune quodam iustitiae, & æquitatis asylum, magna hominum multitudine.

Qua

Qua in vrbe , incredibilem sibi, virtutis , & pietatis famam,  
tam apud Gallos, quam apud Lusitanos comparauit. Nullum  
enim beneficentiae genus prætermittet. Nam quod ad Lusitanos attinet,  
mos, non deuincire studeret. Nam quod ad Baionam ventitabant, per  
humaniter exceptos, domi lux, proprijs expensis alebat. Col-  
legas vero suos & aduocatos regios, frequenter mensæ adhibe-  
bat, & omni humanitatis genere prosequebatur. Quam etiam  
in clarissimum præsidem Burdigalensem, cæterosque Galliæ  
regis ministros, tanta benevolentia , ac sollicitudine exercuit,  
vt ex æquo ab omnibus diligenteretur, obseruaretur, suspicere-  
tur. Iam vero populus Baionensis , & præfertim ecclesiæ ca-  
thedralis canonici, illum, vt charitatem episcopum, non ex-  
traneum, sed suum, summo amore, atque obseruantia sunt pro-  
sequuti. idque adeo ex animo ut nihil prætermitterent, quod  
ad illum venerandum, demerendumque, tam publicè, quam pri-  
uatim pertinere videretur. Populus enim præter alia multa  
ipsum, sed etiam in comites, & familiares ipsius proferebat.  
Quoties in publicum prodecentem conspexisset, letis acclama-  
tionibus omnia illi fausta optando, pre:andoque, patriæ pa-  
trem, & communem omnium ciuium parentem consulutabat.  
At canonici sæpiissimè eum obnixis precibus rogarunt, vt Ba-  
ionensis episcopi vices suscipere, & ecclesiæ gubernandæ mu-  
occupationum suarum magnitudinem obtendens, vietus tandem  
assiduis illorum postulationibus, eam suscepit, verum in ea  
tantum parte, quæ ad spiritualium munera curam, & admi-  
ram suam ecclesiæ Baionensi esse per necessariam, quæ ob diu-  
nerat. Suscepta igitur totius populi incredibili applausu, et  
ad pontificis ordinem attinent, nihil imminuebis de illorum  
iure, & potestate, quos episcopus exercenda iurisdicti-  
oni, & controversijs dissiniendis præfecerat . Verum hos  
quoque

quoque, auctoritate, & consilio ita iuuabat, vt quicquid negotia  
tia magni momenti, ac ponderis, ad illum referrent, nihilque  
nisi ex ipsius netu, & sententia decernerent. Cæterum, quæ  
ad pontificale officium, & sacras cætermonias pertinenter, ma-  
xima cura, & religiose peragebat. Diuina officia in illa insigni,  
& sacrosancta ecclesia, astante sibi grauissimo canoniconorum  
coetu, præcipuis, & valde solennibus festis celebrare nunquam  
destitit, quandiu ibi mansit. Confirmationis sacramentum, non  
solum pueris, sed etiam prouectæ ætatis hominibus, assidue  
contulit. Ad sacros ordines, cum delectu, multos prombuit.  
Ecclesiæ complures, tam intra ciuitatis ambitum, quam in vi-  
cinis oppidulis consecrauit. Nihil deniq; prætermisit integrō  
ferme quinquennio, quod in ea vrbe, transegit, ab anno salu-  
tis millesimo quingentesimo trigesimo septimo, usq; ad qua-  
dragelimum secundum, quod ad vigilantissimi pastoris munus  
pertineret. Hinc illi apud omnes summa veneratio, amor, ob-  
sernautia. Cumq; omnibus charus esset, ab illis præcipue co-  
lebatur, qui morum integritate cæteris præstabant. Viris au-  
tem religiosis omnium ordinum, quorum ea tempestate ingens  
in Gallia florebat multitudo, ita deditus erat, tamq; arcta fa-  
miliaritate coniunctus, vt illum non secus ac indulgentissimum  
parentem diligerent. Quorum inopiae promptam & sponta-  
neam opem libenter afferebat. Eandem curam gerens moniali-  
um, viduarum, ac pupillorum, omnium denique, quos egestate  
laborantes, pudor mendicare non sineret. Reliquos vero ege-  
nos, quotidie intra ædium suarum vestibulum benignè admis-  
sus, partim pecunia iuuabat, partim mensæ reliquijs alebat.  
Domesticos autem suos & familiares, tanta cura, ac sollicitu-  
dine in officio continere perpetuo studuit, vt apud Baionenses  
non mediocrem inde laudem reportauerit. Vnde contigit vt ci-  
uitas populari quodam erga ipsum studio incensa, episcopum  
suum & diceret, & ab omnibus ita nominari vellet. Nec de-  
erant, qui assererent minime passuros se, vt ab eo vlo un-  
quam tempore desererentur. Complura alia amoris & bene-  
volentiae signa, atq; argumenta in illum quotidie edentes. At  
cum anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo,  
accepto

accepto à rege Lusitaniae nuntio, in oppidum, quod vulgo di-  
ui Sebastiani dicitur, in proximis Cantabriæ finibus situm,  
secedere decreuisset, maxima populū mæstitia, & luctus occupauit;  
yociferantibus cunctis, eripi sibi pastorem suum, in opum paren-  
tem, Sacerdotum decus, & egregia pietate insignem antistitem.  
Nulla erat domus, nullus vicus, nullum forum, nulla basilica,  
vbi haec voces permixtae lacrymis, & singultibus non exaudiren-  
tur, adeo ut cum iam profectionis tempus adesset, deducente illum  
regis præfecto Eurio, qui offici cauilla, ad duo passuum millia ex-  
euntem prosequutus est, vniuerla populi multitudo portis effu-  
sa, ingenti edito clamore, patriæ parentem à se diuelli lugubri  
ciulatu quererentur. quos ille benignè salutatos, blanda voce,  
& sedato vultu, bene omnes valere iubens, tandem, non sine  
magna difficultate, à se demisit: Retinens secum aliquot ex ca-  
nonicorum numero, quos passus est una proficiisci, usque ad  
proximum oppidulum, quod sancti Ioannis à luce vulgo dici-  
tur. Vnde paulo post, illi in urbem redierunt, ipse vero ad pagū  
Irunium peruenit, traecta Alduniā fluvio, qui Gallias ab His-  
panijs ibi disternat: paucis ex domesticis suis secum addu-  
ctis, quia cæteros ex Biarnensi portu, cum omni supellecțile,  
marj præmisserat. Postera die Easonem adiens ( vulgo Fon-  
terabiam dicunt) ut ex itinere Sanctum Leiuam salutaret, eius  
prouinciae præsidem, copiarumq; præfectum, ante solis occasum,  
ad oppidū diui Sebastiani peruenit: vbi trimestre tempus exegit,  
dū ex Lusitania regis nuntium & proficiendi licentiam expectat.  
Nec interim à consuetudine sua recessit, reipublicæ iuuandæ. Ac-  
cepta enim à Pampelonensi episcopo facultate, ibi quoq; spiritu-  
ale pontificis munus exercuit, magnamq; gratiam tam ab vniuer-  
so clero, quam à reliquis ciuib; iniuit. Quo tempore iam ad  
Tingensem episcopatum, ex Zaphiensi, translatus fuerat.  
Acceptis deinde à rege literis, quibus redetundi in Lusitani-  
am spes certa ostendebatur, magno est affectus gaudio, id nam-  
que valde concupuerat, tum ut consanguineos, & amicos post tam  
diuturnam absentiam inuiseret, tum etiam quia episcopatus cu-  
racum non parum anxius, & sollicitum habebat, licet eo tempore  
vbi ea cōsuetudo perperam inualuisset, ut episcopi raro ecclesiæ  
fuas

suas inuiserent, præsertim in transmarinis rīgionibus sitas.  
Itaq; per Vardulortum tractum, qui vulgo Lepuzcua dicitur, iter  
faciens superato diui Adriani monte, Medinam Campi ineunte  
mense Decembri peruenit, vbi eum insperatus à Lusitania tabel-  
larius assequitur, literas ferens, quibus iterum in Galliam profi-  
cisci iubetur, vt apud Franciscum regem oratoris, ac legati munus  
gerat. Paucis igitur ibi consumptis mensibus, in adornando  
itineris apparatu, rebusq; necessariis comparandis, missitandisq;  
in Lusitaniam nuncijs, ac literis, quibus cum rege, de rerum sua-  
rum statu, & conditionibus agere necesse fuit: initio veris, anno  
millesimo, quingentesimo quadragesimo tertio, Medina excedens,  
perq; eadem vestigia viam ingessus, aucta domesticorum turba, &  
magnificentius re familiari instructa, non sine ingenti gaudio, &  
gratulatione populorum, per quo;s nuper iter habuerat, Baionam  
peruenit, vbi tanta repente exorta est ob illius redditum lætitia, vt  
vix sibi ciues temperarent, quominus ei ad multa passuum mil-  
lia, obuiam prodirent. Maironæ vero, & reliqua multitudo  
gratulabundis, faustisq; acclamationibus omnia complere. Cer-  
tatum ex mœnibus eggredi, vias & locamuris vicina insidere, vnde  
eum conspicere, & salutare possent. Dicere, ac pro certo cre-  
dere, suis lacrymis, suis precibus ad Deum optimum maximum ef-  
fusis effectum, vt communem omnium parentem, & piissimum  
Episcopum iterum in vrbe sua incolumem cernerent. Iam verò  
tectis appropinquantem, maximo applausu, ac incredibili amo-  
ris, & benevolentiae significatione vniuersa ciuitas domum vsq;  
deduxit: petentes obtestantesq; per suam, erga ipsum, obseruan-  
tiam, amorem, pietatem, ne charissimos ciues, immo obsequentissi-  
mos filios desereret, necq; ab eis ullo vnquam tempore abesse vellet.  
Misereretur viduarum, pupillorum, egenorum, ac deniq; omnium  
ciuum, quibus vt antea eius discessus acerbissimus fuerat, ita  
modo optatisimus aduentus maximam lætitiam, gaudiumque  
afferebat. Quorum studium, & egregiam erga se voluntatem  
magnopere collaudans, eis tam publice, quam priuatim gratias  
egit. Deinde expositis profectionis sue causis, cupere se di-  
xit vrbis sibi amantissimæ conspectu, & ciuium charissimorum  
familiaritate diutissime frui, sed id in sua minime esse potesta-  
tes;

te, quia longius iter suum differre nequeat, imo vero illud maturare, atq; accelerare necesse habeat. triduo igitur quieti, & yrbis desiderio concessio, omnibus operam suam, & studium pollicitus, si quid apud regem, aut ipsum Baionensem Episcopum agi euperent ( qui regis aulam sequebatur ) Burdigalam proficisciatur. Vnde mox Lutetiam parisiorum, per Pietauos, & Aurilianenses petens, ad regem peruenit. Apud quem oratoris munere fungebatur Franciscus Noronius, vir summo loco natus, qui postea Linarij comes fuit. cui in legatione succedens, illico apud regem, & reliquos principes, quos eo tempore Gallia & potentissimos, & clarissimos habebat, magnam virtutis, & integritatis famam adeptus est, adeo ut rex illum, quoties venientem ad se conspexisset, bonum & pium Episcopum, coram multis, & diceret, & prædicaret. Quod sapientissimi regis testimonium, magnam ei apud omnes autoritatem conciliauit. Erat in primis Leonoræ reginæ charus, tum propter singularem eius in Lusitanos omnes voluntatem, quorum Regi antea nupta fuerat, tum etiam ob inculpatissimos illius mores, summamq; vitæ integritatem, cuius fama regis quoque filios & præsertim Henricum qui postea patri in regno successit ad ipsum summopere amandum suspicendumq; inuitauit. Libet hic obiter exponere certissimam eius coniecturam, quam de eodem ipso Henrico fecerat, aliquot annis antequam ad regnum capessendum accederet, varijs enim de eius indole, & futurorum eventu sparsis, vt fieri solet, in vulgus rumoribus, & scisis in contrarias partes hominum studijs, dum aliqui Aurelianensi duci magis fuerent, ipse ut erat acerrimo iudicio, & magna rerum experientia prædictus, nonnunquam ab amicis rogatus, quid de eius moribus, & imperandi artibus in posterum præfigiret, constantissime semper asseruit, Henricum magni, inuitique animi principem, si quando ad regni gubernacula tractanda peruenisset, in regem maximum clarissimumque euasum. Nec illum sua fesellit opinio. Nam inter fortissimos, potentissimosque Galliae reges, vix unum, aut alterum reperire licet, qui sit cum illo comparandus, siue animi magnitudinem, & rerum gestarum gloriam, seu pietatem, &

christiane

christianæ religionis studiūm speces. Cum igitur erga Henricum sic esset anima. us, sc̄p ab illo non mediocriter amari perspexisset, frequenter ad ipsum, viuente adhuc patre, ventitare solebat, nullam occasionem prætermittens, tanti sibi principis conciliandi. Coniiciens id, quod euentu comprobatum est, lote, vt Francisco rege vita sun̄to, magnum sibi ea res adūmentum aliquando efferre posset ad difficiliora quædam legationis suæ capita facilis pertractanda. In quo etiam singulari studio Anæ Memorantij p̄fecti prætorio adiutus fuit, qui apud Henricum, gratia, & auctoritate, primum locum obtinuit. Quem virum enixè semper coiuit, & omni officijs genere sibi devincire nunquam desitit: præsertim eo tempore, quo ipse Memorantius, ob alienatam à se, propter leues quasdam suspicione, Francisci voluntatem, ab auia excedens, in oppida quædam suæ ditionis, Lutetiæ vicina, se recepit. Vbi postquam aliquot annos, in otio honesto, cum magna animi tranquillitate vitam egisset, ab Henrico, confessim, post suscep̄ta regni gubernacula, accessitus, & reipublicæ administrationi adhibitus fuit. In qua ita se gesit, vt nihil dici possit tam magnificum, quod eius laudes, & immortalem nominis gloriam vlli ex parte æquare possit. Tanti itaq; viri amicitia, & opera subnixus, cum primum Henricus insignia regni suscep̄t, res maximas difficultimasq; consecit, quas antea, iniquitate temporum impeditus, ad exitum perducere nequiverat. Cum igitur apud Franciscum, & Henricum legati munere, cum summa laude functus esset, in Lusitaniam redire statuit, consumpto in Gallia integro decennio: quo tempore ingens pondus aeris alieni contraxit: Erat enim à sordibus, & ab omni avaritiæ specie valde alienus: & quāquam mediocritatem maximè probaret, & suapte natura ad frugalitatem esset propensus, in publico tamen oratoris munere obeundo, magnam, & ornatam domesticorum turbam alere, & splendida, lautaq; mensa vii necessè erat: quæ optimo cuiq; semper patuit. Lusitanis præsertim, quorum ea tempestate Lutetiæ non mediocris erat numerus. Multi præterea nobiles, & insignes viri, tam ex Gallis quam ex Hispanis, Leonorij reginæ familiæ addicti, ad illum a siduè commissatum veniebāt. Aderant etiā ex Lusitania non pauci magnates, qui legatione regia fungentes

fungentes, vel in Belgium ad Carolum Imperatorem, vel in Germaniam ad Ferdinandum Romanorum regem, vel in Angliam, aut Italiam, Cæterasq; Galliæ vicinas g̃etes, illaciter habebant. Quos omnes magnificè hospitio exceptos, omni officiorum genere prosequebatur. Ad hæc præcipuam curam semper adhibuit, in subleuandis oppressis, & egenis hominibus, qui ex Lusitania, in Galliæ perpetuo confuebant, à Pyratis capti, & fortunis omnibus spoliati; Quibus opem promptissimè afferebat, adèo, ut etiam mensæ suæ supellectile argentea, nummularijs pignoris nomine assignata, nonnullos ex ergastulis, & tr̃iremium vinculis, ubi iniustè detinebantur, liberauerit. Non decrat viris studiosis, & pijs, qui in Parisiensi academia versabantur: quorum consuetudine assidue vtebatur, modo hos, modo illos, mensæ adhibens: atq; alijs beneficijs sibi deuinctos reddens. Religiosorum Cœnobia libenter inuisiebat, & peculiari quodam amore, Carthusianos fratres amplectebatur. Nec abs re esse puto, paucis exponere, quam ardentí studio, quam q̃ assidua cura, per omnem ætatem literis deditus fuit. Atq; vt iuris prudentiam emittam, qua inter insignes iuris consultos sui temporis in primis floruit. Grecas literas Baionq; prope iam senex discere coepit. Nec erubescet cum ea esset ætate, & autoritate, discentis personam assumere. Quinimo vt coeteros suo exemplo ad virtutis, & bonarum artium amorem excitaret, palam & adhibitis nonnunquam amicis, ac familiaribus, præceptiunculas, & minutias illas grammaticæ artis, sibi perlegi, & inculcari volebat, tantumq; breui tempore in eius linguae cognitione profecit, vt eam exactè, & ad vnguem calleret, & omne genus aucthorum, inoffensè & summa cum voluptate animi euolueret. Nec ea re contentus, vt erat otii impatiens, & discendi cupidus, linguae quoq; Hebreæ cognitionem sibi comparauit, in qua multum studij, & laboris insumpsit, dum per eam faciliorem sibi aditum parat, ad sacre scripturæ lectionem: quam semper cæteris studijs adèo anteposuit, vt diceret nihil magis decere viros bonos, ac pios, præsertim sacerdotio addictos, quam ut cæteris omnibus studijs omissis, penitus se sacrorum librorum lectioni tradicerent, quod ipse quoad eius fieri potuit efficere conatus est. Nam quanvis plurimis, grauissimisq; occupationibus distractus, nūquā noui, & veteris,

veteris, testamenti libros legere, & tam Græcos, quām Latinos  
interpretes euoluere destitit. Adhibitis etiam Hœbraicæ linguæ  
commentarijs, quibus tanquam subsidiaria ope adiutum ad di-  
uinarum literarum pleniorē cognitionem se peruenire posse  
sperabat: cuius lingua addiscendæ occasionem illi Parisiensis  
academiæ opportunitas obtulit. Ad Græcas etiam literas ex-  
actiūs perdiscendas usus est ibi opera Ioannis Cheredami viri  
doctissimi, ex ipsa Græcia oriundi, cuius nonnulla extant opus-  
cula. Adiecit & Astronomiæ, & Geographiæ studium. Deni-  
que nulla est ars, aut liberalis, & digna ingenuo, & pio viro dis-  
ciplina, quam non attingere, & delibare voluerit. Ut autem tan-  
quam ex diuerticulo ad eius in Lusitaniam profectionem redea-  
mus, sub finem mensis Iunij anno millesimo quingentesimo  
quadragesimo octauo, iter est ingressus, vna cum Francisco No-  
ronio, cuius antea memini, qui ad salutandum Henricum, ite-  
rum in Galliam missus fuerat. Itaq; à Lutetia per Aurelianenses,  
& Pictaus, Burdigalensesq; Baionam peruenit ad vigesim  
quintum Kalendas Augusti, vbi & à regio præside Ca-  
pello, qui tunc vrbi præerat, & ab vniuerso populo honorifi-  
cē exceptus, & aliquot dies commoratus, vt vrbis desiderio sa-  
tisfaceret, iterum se itineri accinxit. Deinde per Pyrenei iuga,  
perq; Victorienses, Burgenses, Pintianos, Salmanticenses, eam  
Lusitanicæ regionem petiſt, quæ Interamnenſis dicitur, qđ  
inter Durium & Minium amnes sita sit: vt monasteria sibi  
paulò ante à rege collata inuiseret. In quibus reliquam æstacis  
partem transegit: & ineunte Octobris Mense, Olisiponem se  
contulit, ac statim in numerum senatorum, qui Palatini dicun-  
tur, cooptatus est, in quo munere vt in cæteris magistratibus,  
quos gelsit, singularem apud omnes fidei, & integratæ fa-  
mam est adeptus. Ea autem erat in omnes humanitate, & comi-  
tate, vt certatim libellos suos supplices ad illum reisci, ab ipso  
rege contenderent, & ( quod raro accidere solet ) etiam repul-  
sati passi, æquis animis discederent: tanta, ac tam constans erat,  
de eius virtute, & singulari doctrina vulgo concepta opinio.  
Cum igitur aliquot annos in aula non sine magna nominis ce-  
lebritate versatus, nec minus regi, reliquisq; principibus, quām

B

populo

populo charus, strenuam, fidamq; operam reipublicæ nauasset: anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, Visensem urbem, cuius episcopatum adeptus fuerat, inuisere decreuit, sexagesimum tertium ætatis suæ annum agens. Longum verò esset dicere, ac commemorare, quanta cum laude pontificium munus ibi administrauerit, nec expectandum à me est, ut singula eius facta egregia, & pio episcopo digna, referre aggrediar: id enim longiorem narrationem requirit, qua lectorem de fatigare mihi non est in animo: sed summatim, ea tantum attingere, quæ insigniora mihi visa sunt, ex quibus quiuis cetera coniscere, ac dijudicare valeat. Ad Visensem igitur ecclesiam, tam à canonicorum collegio, quam à reliquis ciibus valde expeditus, ac desideratus peruenit, ad quos cum animum benevolum, & verè paternum attulisset, multa ac præclara opera statim edidit, quibus illorum expectationem non solum non fefellerit, sed etiam longè superauit. Synodus enim paucis interiectis mensibus coegit, in qua nihil prætermisit, quod ad communem totius dicecessos curam, utilitatemq; pertinere videretur. Nec multo post, constitutiones editas ab anterioribus episcopis, quæ propter temporum, rerumq; vicissitudines ferè in desuetudinem abiabant, in optimam formam redactas, typis excudendas curauit. Diuino cultui, sacrificijs ceremonijs rite, solemniterq; peragendis in primis studuit. templorum ædificijs reficiendis, nouisq; ecclesijs ædificandis, sicuti id necessitas exigebat, maximam operam adhibuit, prouinciam suam assidue peragravit, cauens non mediocri sollicitudine, ne cui oneri, aut sumptui esset. Quinino ab aliquo hospitio exceptus, aut munusculis dohatus, illico comulatiōri munere, aut alio beneficentia genere, gratiam referre satagebat. Erat enim vt diximus, minime tenax, & ab omni avaritiae, ac sordidum specie abhorrens, idq; per omne vitæ tempus, tam verbis, quam factis aperte declarauit: sed præcipue in pontificio munere exercendo, in quo sibi egenorum, & pauperum curam præcipue de legit: adeo vt in illis subleuandis, alienis, iuuandisq; non solum opes, & facultates suas, sed etiam omne studium, operamq; conlumeret: Accidit autem, non raro vt fame, in ea regione ob agrorum sterilitatem, eius tempore inopes

inopes laborarent, quorum inopiae promptissime subuenient, non  
sine magna hominum admiratione, qui non solum Lusitaniam,  
sed vicinas etiam prouincias, miris præconijs, & laudibus,  
ob eas, ac ceteras eius virtutes compleuerunt, tantaq; apud  
omnes pietatis fama floruit, vt ad illum tanquam ad communem  
egenorum parentem, inopes vndiq; confluenter. In vrbe  
Visensi omnium viduarum, & pupillorum, qui egestate labo-  
rarent, curam gerebat: idq; ita occulte, vt excepto quodam ca-  
nonico, viræ integritate insigni, qui eius confessiones audiebat,  
nemo id rescire, ante eius obitum potuerit. Eiusdem vero ca-  
nonici opera vtebatur in ceteris pijs operibus quæ occultare  
satagebat, ne ob inanes hominum rumusculos, cœlesti premio,  
& proposita à Deo optim. Max. bonorum operum mercede,  
fraudaretur. Ciuium nobilium liberos, præsertim eorum qui-  
bus tenuiores essent facultates, in familiam suam admissos, li-  
beraliter educauit, & bonis moribus, ac literis imbui, erudi-  
triq; curauit, ex quibus complures ad sacerdotia promouit. In  
hospitibus excipiendis, colendisq; adeò comis, ac liberalis fuit,  
vt eius domus non propria iplius, sed commune quodam o-  
mnium hospitium esse videretur. Cumq; plurimis gratus, &  
charus esset, vix illa dies præterist, qua non ab aliquo externo  
hospite adiretur, præter quotidianam canonicorum, & reliquo-  
rum ciuium turbam, qui ab eo frequenter mensæ adhibebantur.  
Vt verò in ijs, quæ ad humanitatis officia pertinent, leni, &  
pacato erat ingenio, moribusq; suauissimis, ita in corrigendis,  
castigandisq; vitijs seuerus, & vehemens, citra villam tamen ira-  
cundiæ & malevolentiae notam. Cumq; omnes sibi persuasum  
haberent, non illi homines, sed vitia, & crimina displicere, tan-  
ta animi æquitate, eius admonitiones, & saluberrima consilia ad-  
mittebant, vt etiam seuerissime correpti, illum parentem indul-  
gentissimum, & benignissimum prædicarent. Multos etiam cer-  
tum est ipsius autoritate, & grauitate, qua plurimum pollebat,  
impulsos, ad meliorem frugem peruenisse. Quodq; alij non nun-  
quam, vinculis, carceribus, & exilio vix assequuntur, ille solo e-  
xemplo, & naturæ bonitate effecit. Hinc communis erga illum  
omnium amor, incredibilisq; benevolentia, hinc miræ laudes;

mita præconia, adeò ut certatim omnes illius nomen ad cœ-  
lum attollere conarentur. Quæ hominum studia, & amoris  
argumenta, aduersa eius valetudo, ita accedit, ut in eius vita om-  
nium salus, & fortunæ periclitari viderentur. Morbum autem  
grauem, & molestum contraxit, ex renum calculo, & stomachi  
imbecillitate, quæ tandem in cibi tædium & virium defectum  
conursa, mortem deniq; illi attulit: quam æquo, ac sedato ani-  
mo agnoscens, ex hac caduca vita, ad illam æternam, felicemq; dis-  
cessit: non sine ingenti, ac prope incredibili omnium luctu,  
qui eius funeri interfuerunt. Nec solum qui aderant, sed omnia  
Visensis prouincie oppida, illum ut communem parentem & pi-  
um pontificem diu luxerunt. Nec minori prope dolore affecti  
sunt, auditio illius obitu, qui procul, & magno terrarum inter-  
vallo disiuncti, eius virtutes & vitæ sanctimoniam magnis lau-  
dibus efferri, semper audierant. Quorum omnium communis  
fuit, & iusta querimonia, indignantium eripi reip. talem, tan-  
tumq; virum, eo præsertim tempore, quo & ob teneram Sebas-  
tiani regis ætatem, & propter impendentia quædam pericula,  
quæ bonorum animi iamdiu præfigabant, magni omnium inte-  
rerat, illum, & omnes illius similes, quām diutissimè viuere.  
Obiit mense Nouembri anno 1567, ætatis vero suæ septuage-  
simi septimo. statura fuit procera, & recta, corpore aliquan-  
tulum obeso, sed agili, & compacto, atq; omnium membrorum  
æqua proportione conspicuo, latis humeris, extento pectore,  
firmis lateribus, necnon brachijs, cruribus, manibus, pedibusq;  
quadam insita vi, ac venusto motu, decentibus. Iam verò in vul-  
tu, orisq; lineamentis, tanta inerat grauitas, blanda quadam le-  
nitate, & hilaritate condita, ut omnes quantumuis extraneos, &  
ignotos, ad se amandum, suspiciendumq;, solo aspectu alliceret.  
Oculi pro modo capitis, & faciei, aliquantulum exigui: sed vi-  
uidi, & præfulgentes. Veneranda omnino, atq; etiam in maxi-  
ma hominum turba, conspicua, & decora facies, cuique canities  
plurimum authoritatis adderet. Valetudine usus est prospera,  
raro ferè vitæ cursu, exceptis aliquot leuioribus morbis, & o-  
culorum ægritudine, qua in Gallia aliquandiu laborauit. Sed  
temperantia, & cura omnia naturæ incommoda facile vinebat.

Erat

Erat etiam supra modum medicorum consilij, addicitus, idq; illi  
mortem aliquantulum accelerasse affirmant. Dumenim se omni-  
no renum vitijs mederi posse considerit, medicis ita se tradidit, ut  
medicamentorum copia, & vehementia stomacho debilitato, lethali-  
lem illum morbum contraxerit. Vir fuit constantia, & humana-  
rum rerum despicientia admirabilis, & eius vultum neq; secun-  
da, neq; aduersæ fortunæ vicissitudo, facile mutaret. Vix vn-  
quam, etiam cum ætas vigeret, illum aliquis subiratum esse sen-  
sit, etiam cum in domesticos suos animaduerteret: quod seuerè,  
sed sedato animo facere solebat. Nemo ipsum ynquam iurantem,  
nemo alicui detrahentem audiuit. Inter cætera, verborum  
factantiam, & inanem ostentationem ita vitauit, vt cum pluri-  
ma negotia apud regem, tam in Lusitanâ, quâm in Gallia sem-  
per habuerit, nemo ynquam aliquid eorum, quæ gessisset com-  
memorantem audierit. Quod morum asperitati minimè adscri-  
bi debet: fuit enim humanissimus, & amicorum consuetudine  
in primis delectabatur, sed potius constantiae, & singulari cui-  
dam taciturnitati, qua res serias, & magni momenti, penitus oc-  
cultandas esse iudicauit. Campo, & deambulationibus præci-  
pue oblectari, & vires resicere solebat: existimans exercitationi-  
bus moderatis bonam valetudinem plurimum conseruari. Quod  
illi abundè præstítit, suburbana villa, quæ a mœnibus Visen-  
sis ciuitatis, quingentis circiter passibus distans, episcopis fa-  
tis commodum, & amœnum hospitium præbet, quam ille ma-  
gnis sumptibus, ad meliorem culturam redactam, ecclesiæ val-  
de frugiferam, atq; utilem effecit. Sunt ibi complures aquarum  
fontes a quibus etiam nomen traxit, Fontellium enim vulgo  
dicitur. Hæc illi villa tutissimus portus, hæc requies, hæc cu-  
rarum, laborumq; medela: hic quicquid a publicis, serisq; ne-  
gotijs, temporis supererat, insumebatur. Hic ab amicis salu-  
tabatur. Hic ad illum omnes semper faciles aditus habebant: vt  
pote in publico, & subdio semper deambulantem, & temporis  
tædium, scœlutisq; molestias, iucundissimi loci amœnitate fal-  
lentem. Nusquam aberant libri sacri, quinimo in omnibus fe-  
rè mansiunculis, quas in diuersis villæ diuerticulis, ad quietem  
captandam dispolitas habebat, quoties deambulando laisitudi-

nem contraxisset, aut diui Basili, aut Hieronymi, aut alterius eiusdem classis authoris volumen aliquod promptum, & param-  
tum semper habebat, & iuxta librum sedilia, in quibus non  
tantum conquiescere, & corporis vires resicere, sed etiam  
legendo, animum oblectare, & ad cœlestium bonorum  
spem erigere posset. Præstiti tibi o charissimè auun-  
cule, imo indulgentissime parens, præstiti in  
quam, si non id, quod tua virtus, ac summa  
in me merita, exigere videbantur: saltem  
id, quod incredibilis meus erga te  
amor, vel potius pietas persol-  
uere coegit, meritò enim in-  
gratus haberì possem, si  
hanc qualemcumq[ue] tui  
memoriam, veluti  
quodam meæ ergauid  
te obseruantæ, &  
necessitudinis  
pignus, pos-  
teritati tra-  
dere du-  
bitas  
sem.

Johnston & Huber qDB

¶DE SVO EX EBORA DISCESSV  
anno M.D.LXXVII.



VI semel infidi expertus discrimina ponti,  
Pertulit Ionias iactata naue procellas:  
Si dubijs iterum committere carbasa ventis  
Cogiter, & portum, dulcesq; relinquere terras:  
Cuncta prius cœlo circumspicit astra sereno,  
Consulit & Phœbī iubar, & nascentia Lunæ  
Cornua r̄imatur, pelagusq; explorat, & auræ,  
Ne toties lacera discedat ab æquore puppi.  
Sic ego, quem docuit longa experientia terum,  
Quām fallax hominum mens, quām mutabile vulgi  
Iudicium, quantis sit vita obiecta periclis.  
Quām Ieuīs humanos agitet discordia sensus,  
Quos soleat fortuna ferox miscere tumultus:  
Otia diuitijs Arabum potiora sequutus,  
Dulciaq; amplexus priuatæ commoda vitæ,  
Exiguas Ebora latebras, & fordida rura,  
Prætuleram tumidæ titulis, & honoribus aulæ,  
Hæc mihi grata quies, hæc metu optata laborum,  
Quos patriæ vera pro religione, sacrifq;  
Legibus, impigri bis septem impendimus annos.  
Hinc neque me præcibus chari valuere propinquai  
Haec tenus assiduis abducere, nulla Cabedi  
Iusta querela mei, dulcis nec cura sororis,  
Tauora nec vita nobis iucundior ipsa,  
Tauora pieridum turbæ gratissimus heros,  
Quem genuit clarus toro Laurentius orbe.  
Quid r̄ quoties fidi me corripuitis amici,  
Lenta quod obscura iterem piger otia terra,  
Moenia nec peterem felici condita Græsis  
Omine, Tarpeias æquantia culmine turre;

Quâ Tagus auriferas diues conuoluit arenas,  
Et pater Oceanus placidis allabitur vndis.  
Desinat ergo pijs vestra indulgere quere His  
Pagina, nec verbis absentem pulset amaris,  
O mihi Thesæo iunctissima pectora nodo,  
Pectora Cecropiae studijs addicta Mineruæ  
Optime Castilli, ruq; o dulcisime Sanci,  
Quiq; animi Cycnos Noni candore niuales  
Vincis, & antiquis Ægnati æquande poætis.  
En adsum, viætusq; manus do, meq; fideli  
Permitto arbitrio, vestris seruire paratus  
Consilijs. rupi retinacula dulcia, Sylvas  
Liquimus, & solitos memet mihi reddere campos:  
Illecebras vrbs alma tuas, quam mœnibus altis  
Cinxit, & ingenti ductu exornauit aquarum  
Magnanimus quondam Scætorius, exul ad oras  
Occiduas veniens, populos cum exciuit Iberos,  
Signaq; Romanis circumulit obui signis.  
Hic illum certos fama est habuisse penates,  
Et proprios coluisse lares, hic dulcia fixit  
Limina, quæ rapido belli cessante tumultu,  
Incoleret, positis & sæpe reuiseret armis.  
Siue loci genio captus, seu gentis amore,  
Vel quia ad euentus dubios, bellumq; parandum  
Apta forct regio, delectæ robore pubis,  
Et virtute virûm, vario quois marte probatæ.  
Saluë magna parens frugum foecunda virorum  
Saluë altrix, nobis vrbs o gratissima, salue.  
Principibus dilectaviris, adamataq; magnis  
Regibus antiqui retinens monumenta decoris.  
Maximus ille ducum, Romanæ gloria gentis,  
Iulius à Phrygio deducens nomen Iulo,  
Cum quateret terras armis, cum sidera fama  
Completeret, solusq; orbis tractaret habenas;  
Te titulis, ciuesq; tuos decorauit opimis  
Muneribus, largaq; manu largitus honores  
Eximios,

Eximios, Latif tribuit tibi iura verusti.  
Cæsar is hinc tibi crevit amor, cui marmora quondam  
In medio mansere foro, testantia laudes,  
Egregiumq; viri decus, a quo Julia dici  
Gaudes, occiduas inter memorabilis vrbes.  
Septima nunc agitur nobis trietéris ab illo  
Tempore, quo mystas inter numerandus, & atis  
Admissus superum, ritè tua templa sacerdos  
Ingredior, seruoq; tuas vrbs in lyta sedes,  
Nec nos indecores, nec mollis inertia tempus  
Exhaustit, fidei commissa est publica sacræ  
Cura mihi, sancti q; vigil custodia iuris.  
Munere quo( liceat per te mihi vera profari)  
Nec meliori animo fungi, nec purius vlli  
Contigit, id norunt populi, quos Bætis, & Anas  
Quos Tagus, & Minius, quos ingens Durius ambit.  
Nunc mihi Iustra decem iuncta trieteride compleat  
Canities, tardumq; subit iam grandior ætas.  
Iam tibi florentes vitæ concessimus annos.  
Iam tibi pars nostri consumpta est Lætior æui:  
Da veniam( precor) extremum si vendicat actum  
Ipsa senecta sibi, si me piacura meorum  
Auocat vrbs dilecta tuis a moenibus, arcto  
Hærentem amplexu, ceu blandæ altricis alumnūm.  
Me non ambitio stimulat, nec turpis habendi  
Torquet amor, non inuidia mihi pectus edaci  
Carpitur, aut agitat mentem vesana cupidio:  
Sed patriæ pietas, & magni iusta Sebasti  
Ad maiora vocant. Geticis truculentior vrsis  
Sœuior Hiricana sit Tigride, Cinctaq; duro  
Corda adamante gerat, qui te fortissime regum,  
Non colat, ac tuâ facta probet, miretur, ametq;  
Olux Hesperiae, o secli spes vnicâ nostri,  
Lysiadunq; insigne decus, columnæq; tuorum:  
Regni amor, o vera pietate insignis, & armis.  
Sidera dum cœlo stabant, dumq; aurea Phœbe

Noctiago

Noctiuago liquidum circundabit æthera curru,  
Et Sol flammiferis terras lustrabit habenis;  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.  
O illam mihi si tribuant pia numina lucem  
Cernere, cum Libycis vñctor remeabis ab oris,  
Celsaq; Laurigeris properans ad templa quadrigis,  
Debita supremo persolues vota tonanti.  
Tunc me Pierij nemoris lustrare recessus,  
Castaliosq; avidè latices haurire iuuabit:  
Audiat ut claros patriæ me vate trium phos  
Gens, quæcunque iacet gemino porrecta sub axe:  
Quâ T arthesiacas T itan se condit in'vndas,  
Quâ rubet orta dies, & quâ sub sidere Câncri,  
Æstuat ardenti tellus damnara vapore.  
Interea precibus diuîm pulsabimus aras,  
Ut tibi foeciles summi moderator olympi  
Annuat, & latiss plenos successibus annos;  
Aurea labenti rursus qui secula mundo  
Restituant, Pylij superent & Nestoris æcum.

**H**AEC cecini quondam læta modulante Thalia,  
Integracum regni staret fortuna, decusq;  
Antiquum nulla violatum clade vigeret:  
Deuictiç Arabes, Perïæ, Garamantes, & Indi,  
Innumeræq; aliae gentes, ad sidera nomen  
Aurea Lyriadum ferrent rumore secundo,  
Tempore quo classem festino milite complens,  
Fortia, sed consulta parum rex strenuus arma  
In Libyos fines, magnumq; Atlanta parabat,  
Accessi, & patriæ (coeli pia numina testor)  
Consulere, ac dubijs volvi succurrere rebus:  
Nam regem admonui, Ieuibus ne credere Mauris  
Velle, & infidæ fese committere genti;  
Armaq; mandaret ducibus, quos grandior setas,  
Gestacq; per varios deorarent bella triumphos.  
Quin etiam insolitas ausus depromore voces  
Inclite

Inclite rex, dixi, quo te rapit ardor, & alio  
Insita vis animo? quae belli tanta cupido?  
Ut dulci sine prole, velis iuuenilibus annis,  
Ambiguæ tantum sorti committere regnum?  
Nec pius obnixis precibus te flectere princeps?  
Henricus, nec fida tui consulta senatus?  
Exorare queant, cuiæ nec mixta querelis  
Vox miseranda turæ, populi nec clamor ad auras  
sublatus, nec signa mali præsaga futuris?  
Imo age si firma tibi stat sententia mente,  
Inuitisq; paras cunctis, tentare potentes  
Ductores Libyæ, Numidisq; ferocibus arma  
Inferre, ac tantis caput obieccare periclis:  
Explicit ingentes tua Lusitania vires,  
Impleat & Libycos numerofo milite campos.  
Signa canant, validæ coeant in prælia gentes,  
Quâ Minius fecat arua vadis, per Limica rura  
In mare Lethæas Belion quâ fundit arenas,  
Et rapidas conuoluit aquas quâ Tamaca præcepit.  
Bracara cur cessat vèteres augusta colonos  
Mittere? Calensis densas armare cohortes  
Vrbs paret, insigni portu quæ nobile regno  
Nomen, & auspiciu[m] sceptris donauit autis.  
Contia, cœruleis quam Durius abluit vndis,  
Et Siculæ certatim mittant, descendat ab altis  
Montibus indomitus procero corpore miles,  
Qui densas Amaranthe tuas indagine filuas  
Cingere, & informes prosterñere cominus vrsos.  
Gaudet, fulmineosq; agitare in saltibus apros.  
Qui iuga Medulij scandit saxosa niuosi,  
Callaicos nostris populos quæ finibus arcens  
Nobilis inuictas iungat Lameca cohortes,  
Lanciaq; A milij quondam deffensa fauore.  
Arma ferat, populiq; ruant in bella feroce,  
Qui Vacuan, Seliamq; bibunt, Cudamq; sonantem.

Et

Et per quos pulchro sinuosus flumine Munda  
Translit, ubi virides excelsa Conimbrica campos  
Despicit, Aonis sedes gratissima musis.  
Assuetam pelago generosa Talabrica pubem,  
Æminiumq; vetus, nec non Lancobrica mittant.  
Adsit & Herminij durissimus accola montis,  
Igedetæq; duces, & cui Caua Iulia nomen  
Indidit, innumeraq; vrbes, quas Zeccarus ambit.  
Et Tagus auriferis circumfuit vndiq; ripis.  
Scallabis extractos campo, & venatibus armet  
Mille viros, ac iungat equis perniciibus alas,  
Qui rapidos cursu Zephyros, auraq; lassent.  
Hos Moro callaici monumentum nobile Bruti,  
Fraxineæq; manus, & Arabrica signa sequantur,  
Quiq; Eburobritij campos, quiq; arua beata  
Colliponis arant, & cœlia rura iuuencis.  
Quiq; tenent Mindi nimboſa cacumina, quiq;  
Ansidianæos saltus, Lunæq; peragrant.  
Adde tot egregias vrbes, quæ littoris oras,  
Oceanicq; tenent portus, quâ Munda, Tagusq;  
Æquoreo dulces confundunt gurgite lymphas:  
Quas inter profugi sublimi vertice Vlyssis  
Moenia consurgunt, septenis æmula Romæ  
Collibus, & priscis Nili certantia Thebis.  
Vnde tibi varijs exercitus integer armis  
Conscribi (tanta est numerosæ copia gentis)  
Possit, & innumeris consterni nauibus æquor.  
Arma, virosq; ferox ratibus Cetobrica miteat  
Quam rutila cingit constructus Iaspide murus,  
Raraq; nobilitant piscoſi stagna profundi:  
Callipodis vasto miscentur ubi ostia ponto.  
Huic vetus Arítium, & vicina Salacia iungant  
Agmina, Merobrigæq; viri, & qui herbosa patentis  
Orichi multo condet grege Turdulus arua.  
Oppida quid referam facro contermina montis?  
Vnde patet Libyeas facilis trajectus in oras;

Fortis

Fortis ubi pelago, Martisq; assueta inuentus  
Infestos arcet patrijs à finibus hostes.  
Balda potens equitum mittat, peditumq; maniplos,  
Et Pharos Ossonobæ veteris ditata ruinis.  
Clarus & Annibal's portus, Lacobrigaç; audax:  
Et populi, quos pulcher aquis perlabitur Anas.  
Quos inter, ducat bellacem Julia gentem  
Myrrilis, armet equis densas atq; ære cateruas  
Julia pax, quam Serpa ferox, & Aruccia diues,  
Vicinæq; vrbes alia, quæ vomere putres  
Proscindunt glebas, & pingua rura, sequantur.  
Quid tibi fœlices Eboræ rex maxime ciues,  
Et validas memorem gentes, quas continet amplio  
Vrbs populosa sinu, atq; excultis educat agris:  
Cuius & innumeræ viætricia signa sequentur  
Vicinæ iunctis inter se viribus vrbes:  
Helviæq; ante omnes vrbs insuperabilis armis,  
Agmen aget, fortes dicens in prælia gentes,  
Quæ pictis volitant in equis, & cuspidè gaudent  
Hostilem Mauri, Numidaeç; haurire cruem.  
Hæc Vetonum terris, atq; Anæ proxima, quondam  
Celtica gens dicta est, contingens iure propinquæ  
Sanguinis Arotebras, qui Nœria rura colebant  
Obliti à socijs, Limæ ad gurgitis vndas:  
Vnde nouo fluuium dixerunt nomine Lethem;  
Parte alia mittet validas Amæa cohortes,  
Claraç; plumbiferis antiqua Medobrica venis;  
Quâ medium spectant frondosa cacumina solem  
Montis Arameni, varias qui vertice gentes  
Circuit, & claras gremio complectitur vrbes:  
Herminium dixerunt prius, mox seculanobis  
Proxima, in Armenium nomen vertere vetustum:  
En tibi Lysiadum regio deuota tuorum,  
Terra armis, opibusq; potens, atq; vberē glebæ,  
Clara viris, clara in superos pietate, fideq;  
Hinc delecta manus iuuenum, per cœrula ponti,

Littore

Littore ab occiduo soluens penetrauit ad ortus  
Phœbæos, Gangemq; Tago seruire coegit.  
Hæc quondam Alphonsos (felicia nomina) reges  
Protulit, atq; alios, factis qui ingentibus orbem  
Complerunt, haec te regum fortissime nobis  
Edidit, auspicijs cuius, viætricia signa,  
Vltra anni, cœliq; vias, vltra æquora Nerei  
Proferet, & Libyeis latè dominabitur oris.  
Tu modo consilijs, animum submittere celum,  
Ne dubita, populosq; tibi seruire paratos  
Duc tecum, & regum sectare exempla priorum,  
Qui quoties Libyos ferro petiere penates,  
Innumeras secum peditumq; equitumq; cateruas  
In castris duxere suis, cur agmine paruo,  
Et paucis comitatus abis, cur plena relinquis  
Oppida clara viris, qui te bellante, recusant  
Ignauò torpere situ, legionibus auge  
Agmina, densentur magnis equitatibus alæ.  
Non est cum modica bellum tibi gente gerendum,  
Punica regna petis, vrbes, populosq; potentes,  
Fluminaq; & latis dispersa magalia campis,  
Vndiq; frondoso quæ vertice maximus Atlas  
Cingit, & Oceanus rapidis circumtonat vndis.  
Illic infrenes Numidae, Mauriçq; feroces,  
Barceiçq; truces habitant, Getulaçq; bello  
Gens affueta, audios vincens feritate leones.  
Mille tibi occurrent acies, mille agmina campis  
Discurrent, ferientq; altis v'lutatibus astra,  
Totaq; cornipedum fremitu tremet Aphrica tellus.  
Finieram; cum blanda mihi responfa, sereno  
Ille refert vultu, ac placido sic incipit ore.  
Grata quidem semper mihi sunt tua dicta fidelia  
De prompta ex animo, sed stet sententia, classem  
Soluere, & in Isibyam ventis dare vela secundis:  
Inq; fidem nostram regi, gremiumq; recepto,  
Promere opem, regno qui nunc spoliatus auctor.

Exulat,

Exulat, & nostras supplex confugit ad urbes,  
Herculei cingunt quas claustra angusta profundi.  
Adde quod innumerar<sup>s</sup> Maorum inuadere turmas  
Cum paucis, nostrum est, sic praelia plurima quondam  
Maiores gessere mei, spretisq<sup>e</sup> periclis,  
Lysiadum claris decorarunt sceptra tropheis:  
Dum pia bella gerunt pro Christi nomine, & aris.  
Nil formidandum est duce Christo, & auspice Christo. - *duce*  
Sic ait: at patriæ mihi mens ardebat amore,  
Et dubios casus, ac certa pericula cernens,  
Anxia sollicitis cruciabar pectora curis,  
Et magnum exitium regno, regiq<sup>e</sup> timebam.  
Quare iterum monitis, iterum tentare precando  
Aggredior, dictisq<sup>e</sup> animum mulcere ferocem.  
Sed deus omnipotens, mundi qui sidera torquet,  
offensus nimia scelerum grāuitate, luenda  
Decreuit commissa illo sub principe gentis  
Lysiadum, & meritas sumpsit pro crimine poenas.

N I

IN LAUDEM CLARISSIMÆ

civitatis Olisiponensis endecasyllabi

anno M.D.LXXV.



Alue vrbs occidui orbis imperatrix,  
Regina Oceani procul sonantis,  
Veré vrbs régia, regibusq; grata,  
Salue huius column, caputq; regni,  
Magnarum decus vrbiumq; salue.  
Illustris Tagus aureis arenis,  
Bæti nobilior, simulq; Ibero,  
Atq; Ana, Minioq; Durioq;  
Ægæto similis Tagus profundo,  
Certans Ionio Tagus patenti,  
Nec cedens Tagus Adriæ sonanti:  
Per tot magnificas vagatus vrbes,  
Claris amnibus hinc, & inde raptis,  
Se totum gremio tuo recondens,  
Te ripis beat, atq; agro feraci  
Fruges vndique conuehit salubres:  
Portu nobilitat sinum capaci,  
Ingentes gerit alueo carinas,  
Quæ ponto dominantur, & per undas  
Immensi Oceani vagantur, oras  
Foasq; petunt, bibuntq; Gangem:  
Quas & sol oriens videt, cadensq;  
Et cum se medio sub axe librat,  
Miraturq; parem suis quadrigis  
Cursum conficere, vt tibi potentes  
Submittant Arabum, Indiæq; reges.  
Salue vrbs maxima, quæ foues benigno  
Complexu, ad tu a tecta commeantes,  
Diverso innumeras ab orbe gentes.  
Te Germanus amat, perit Britannus,  
Hybernum colit, & Iari paterno

Præfert

Præfert Gallica natio, tuisq;  
Sedes figere mœnibus laborat.  
Te multa rate Cantaber frequentat  
Effossum chalybem ferens, & altas  
Silvas Astur alit tuos in vſus,  
Et Callæcia portuosa nudis  
Gaudet montibus, vt tuis onustas  
Puppes nauita mercibus reportet.  
Dives Baetica nobili metallō  
Te cunctas veneratur inter vr̄oes.  
Miratur Vcnctæ ratis magister,  
Etruscus, Siculus, Ligurq; complent  
Portum clasib; & beatiorēm  
Terris omnibus esse te fatentur.  
Quis præconia, quis queat tuarum  
Dicendo cumulum explicare laudum:  
Haud nostræ genius valet Thaliæ  
Tantæ pñderæ sustinere molis.  
Id præstare tibi mei Cabedi  
Fœlix musa potest, parem vetustis  
Quem Cetobrīca protulit poetis,  
Fœlices ubi Iaspidum colonos  
Piscosi sinus alluit profundi.  
Huic altam tribuit Minerua mentem,  
Dulci peñtora condiens lepore,  
Excultum eloquium dedere musæ  
Miscentes Latijs sales Pelasgos:  
Phœbus plectra dedit, quibus Māronem  
Donarat, Colophoniumq; vatem.  
Haufit Cæsarei fluenta iuris  
Puris fontibus, omniumq; nodos  
Legum soluere, vel Papiniano  
Nouit rectius, elegantiusq;.  
His ad purperci gradum senatus  
Euectus meritis, proboq; magni  
Regis iudicio, diuq; claro

C

Functus

Functus munere, clariore fama:  
Nunc inter celebres honore patres  
Versatur, populis tuis regendis,  
Quos ipsa auspicio bono creasti,  
Priscis Romulidum pares tribunis.

¶CV M

CVM PATRIAM LONGO  
tempore à se non visam adiret  
anno M.D.LXXX.



Spicio ne tuas tellus dulcissima sedes?  
Dilectos video campos, adamataq; rura?  
Agnoſco vitreos fontes, riuosq; perennes?  
Noſco domum antiquam, & cuñabula chara ſalut?  
An mihi leſe offert fallax, & inanis imago,  
Quae velut in ſomniſ rerum ſimulachra figuris  
Effingit varijs, mentemq; eludit, & alto  
Membra ſopore madent curis agitata diurnis?  
An vigil, & vero diſcernens omnia ſenſu,  
Aſpicio natale ſolum, dulcesq; penates  
Cerno oculis, qui me diaſ in luminis auras  
Excepere, & vagitus mihi conſcia primi  
Teēta libens ſubeo, teneris vbi luſimus annis?  
O foelix, ni ueoq; mihi ſignanda Iapillo  
Lux optata diu reliquo iucundior æuo,  
Carminibus celebranda meis, redituraq; fauſto  
Omine, quæ nobis tot gaudiā contulit vno  
Tempore, conſectum curis, ægrumq; ſenemq;  
Cum post luſtra decem, bina triceride iuncta,  
Dulcis amor ſubijt patriæ, ne: noſtra ſefellit  
Vota, ſed optata ſimul ac veſtigia terra  
Fiximus, & coeli ſeſe obtulit aurabenigni:  
Continuo membris rediſt vigor, illatiq; mentis  
Absceſſit nuðes, nec iam amplius vlla fatigat  
Corda dolor, curaq; graues, gemitusq; recedunt,  
Ipſe loci geniūs, patriæq; alpeſtus amoena,  
Triftia depellunt animo luſpiria noſtro.  
Vt iuuat obliſtos longo iam tempore fines,  
Mutatosq; videre locos, vbi duleia quondam  
Paruulus innocua capiebam gaudiā virae,  
Salue o coelicolum nūu mihi debita tellus,

C 2

Vofc

Vosq; iterum chari nobis saluete penates.  
Salue nobilium nutrix fecunda virorum,  
Clara armis, clara ingenij, & fortibus ausis.  
Non ego te cunctis dubitem preponere terris:  
Sit licet exiguis populus tibi, laetaq; curuo  
Vomere non multi proscindant arua coloni.  
Fallitur egregias quisquis sibi vendicat vrbes,  
Ut tenuem falso patriam permutet honore.  
Omne solum fortes producit, paruaq; claros  
Oppida saepe viros generant, nec moenibus amplis  
Fidite, nam scelerum fautrix ibi regnat Erynnis.  
Ambitione, dolis, turpiq; libidine, & ira  
Magnificos intra muros peccatur, & istae  
Rarius exigua pestes dominantur in vrbe  
Quid: quod cæca vices mutat fortuna, ruuntq;  
Imperia, & regnis veniunt sua fata, nec vrbes  
Certa sede manent, sed quas modo laeta benigno  
Sors complexa sruou fouet, olim obscura fuerunt  
Oppida, vel tenues vlo sine nomine terræ.  
Quas vero quandam fortunæ ad sidera flatus  
Extulit, & totum vulgavit fama per orbem,  
Nunc sine honore iacent, aut illas densa tenebris  
Nox tegit, & veterum premit alta obliuio rerum.  
Tuneq; præteritis jacuisti ignobilis annis,  
Nec modo postremas inter numeraberis vrbes,  
Felix sorte bona, medium cui contigit omni  
Tempore ferre locum, magnis licet impar, at imis  
Maior, & aduersis vix vñquam obnoxia fatis:  
Seditione carens, seruatrix iuris, & æqui.  
Ciuiibus innocuis florens, probitateq; morum.  
Sponte sua populum, non vinclo, aut legibus æquum  
Diligis, & prisco veterum se more tenentem.  
Tecolit alma Ceres, curuis tibi sudat aratri,  
Non ignara operum, campoq; assuet a iuuentus.  
Luxuriat fecundus ager, tum pascua laeta  
Mille greges ouium rident mollissima quartum

clav

3

Velleræ



Dicitur, atq; suo dictum quoq; nomine, dicit  
Non procul oppidulum, saxosi in vertice montis.  
Hæc domus, hæc patria est, hæc incunabula nostra,  
Hoc natale solum, prima hic exordia vi:æ  
Sumpsimus. & superas vagitu exceperimus auras.  
Sed post Matusarum recta ratione locari  
Debuit, Aritio Emeritam properantibus amplam.  
Aritium vulgo Beneuentum dicimus, vnde  
Per mare Vlyssæ am breuis est træctus ad urbem.  
Matusarum reor esse annis quod Suboris vnda  
Alluit oppidulum, Sori modo nomine ponis  
Nobile, Romani vestigia tramitis alto  
Aggere, & inueniis seruans per rura columnis.  
Sed collapsa iacent veterum monumenta ruinis  
Obruta perpetuis, dumisq; & sentibus altis  
Obsita, contractisq; notis, & torrida flammis.  
Multa tamen noster Resendius abdita profert  
In lucem, & vigili vestigans singula cura,  
Antiquum decus, & priscos tibi reddit honores  
Lysiadum gens clara, viro quam debita tanto  
Præmia, vix teor exhaustis persoluere arenis  
Poste Tagi, aut vectis eoo ab littore gemmis.  
Sed grauis inuidit fari inclemensia coepitis  
Resendi præclare tuis, & funere quanuis  
Non immaturo raperis, post longa senectæ  
Tempora, & exactos seclis melioribus annos:  
Attamen & patriæ, & charis lugendum amicis  
Semper eris, mihi præsertim, qui principis olim  
Henrici iussu, & precibus, tua scripta lituris  
Illita, & extremam limæ poscentia curam  
Excepi, ne tot frustra periisse labores  
Ingeremet studiosa cohors, cui voluere curæ est,  
Antiquam gentis seriem, monumentaq; nostræ.  
Sed quis Apellææ Veneris depingere vultum  
Audeat, atq; rudi tabulam contingere dextræ:  
Difficile est, fateor, spem tantam haud fallere vulgo

De

De te conceptam, longe cum viribus impar.  
Ingenis, tanta vi ponderis ipse satiscam.  
Si tamen annuerint nostris pia numina votis,  
Quid patriæ pietas, chari quid possit amici  
Verus amor, (nobis maneat modo vita superstes)  
Ostendent tua scripta, meo seruata labore.

C 4

¶DE

¶De te conceptam, longe cum viribus impar.

¶Ingenis, tanta vi ponderis ipse satiscam.

¶Si tamen annuerint nostris pia numina votis,

¶Quid patriæ pietas, chari quid possit amici

¶Verus amor, (nobis maneat modo vita superstes)

¶Ostendent tua scripta, meo seruata labore.

¶De te conceptam, longe cum viribus impar.

¶Ingenis, tanta vi ponderis ipse satiscam.

¶Si tamen annuerint nostris pia numina votis,

¶Quid patriæ pietas, chari quid possit amici

¶Verus amor, (nobis maneat modo vita superstes)

¶Ostendent tua scripta, meo seruata labore.

¶De te conceptam, longe cum viribus impar.

¶Ingenis, tanta vi ponderis ipse satiscam.

¶Si tamen annuerint nostris pia numina votis,

¶Quid patriæ pietas, chari quid possit amici

¶Verus amor, (nobis maneat modo vita superstes)

¶Ostendent tua scripta, meo seruata labore.

¶De te conceptam, longe cum viribus impar.

¶Ingenis, tanta vi ponderis ipse satiscam.

¶Si tamen annuerint nostris pia numina votis,

¶Quid patriæ pietas, chari quid possit amici

¶Verus amor, (nobis maneat modo vita superstes)

¶Ostendent tua scripta, meo seruata labore.

¶ DE AE NEO SERPENTE  
aquam ore eiaculante in hortis Michae-  
lis Cabedij senatoris regij, & ciui-  
tatis Olisiponensis guber-  
nandæ III viri mihi  
multis nomini-  
bus coniun-  
ctissimi.



Rboris amplexu iussit me docta Cabedi  
Cura frui, & liquidis ora rigauit aquis.  
Sic neq; frigoribus, nimio nec lædor ab æstu,  
Grataq; sunt omni hæc tempore rura mihi.

¶ Aliud.

NVllæ hæc insidiæ, gressum quid contrahis hospes?  
Tactaq; sunt subito cur tibi corda metu:  
Me licet erecto minitantem vulnera collo,  
Finxerit artificis ingeniosa manus;  
Eripuit tamen ingenium, viresq; nocendi,  
Fundere & innocuas gutture iussit aquas.

¶ Aliud.

P Eruigil Hesperidum vetitis errabat in hortis,  
Inq; omni serpens arbore terror erat.  
Fundit inexhausto noster tibi gutture lymphas,  
Lætaq; fecundis imbris arua rigat.  
Illi duræ graui crepitabat silua metallo,  
Mataq; ditabant ambitiosa nemus.  
Hinc faciles tibi ruris opes, hinc mitia poma,  
Hinc licet intrepida pocula ferre manu.

¶ EX

**E**X GRÆCIS EPITAPHIVM  
fœminæ cuiusdam in modum dialogi.

**Q**Uod nomen tibi, quæ latitas sub marmore? Præxo.  
Quo patre Callitele, qua patria ortar Samo.  
Cuius sponsa viri, cui me iunxere parentes.  
Quæ mortem inuexit caussa Puerperium.  
Quod vitæ spatum Iustris si quatuor annos  
Addideris binos, hæc mihi meta fuit.  
Anne etiam dulci raperis sine prole reliqui  
Filiolum trimum, nomine Callitelem.  
Crescat, & optatos feliciter exigat annos.  
Et tibi dent superi prospera cuncta precor.

**E**HECTORIS TROIANI EPITA-  
PHIUM EX GRÆCIS,

**V**RNA patrem, patriamq; refer, nomenq; sepulti?  
His genus, & & caussam funeris adiçito.  
Huic Priamus pater est, domus Ilion; Hectora dicunt.  
Pro patriæ pugnans mœnibus occubuit.

**IN LAVDEM BALNEI EX GRAECIS.**

**L**Otophagos haud est vatum mentita priorum  
Fabula, nam faciunt balneola ista fidem.  
Si quis enim semel hic liquida se asperserit vnda,  
Non patris, aut patriæ languet amore suæ.

**IN FOEMINAM SPARTANAM**  
ex græcis.

**D**VM genitrix, medios quos ipsa immiserat hostes,  
Oeto uno natos conderet in tumulo.  
Haud fundens lacrymas, gemitum ue in funere, solum  
Dixit, Io, hæc peperi pignora Sparta tibi.

**EPIC.**

¶ EPI T A P H I V M C V I V S D A M  
ex græcis.

N E mea qui transis, accuses fata viator,  
Nil etiam moriens dignum habeo lacrymis.  
Natorum liqui naros, æqueua mihi vxor  
Vna fuit, natus tres thalamo pepigi.  
Ex quibus ipse finu gestauit saepe nepotes,  
Nullum ægrum, nullum luximus exanimem.  
Quorum opera illæsus, dum somnus blanda foueret  
Lumina, sum sedes missus ad Elysias.

¶ IN P V G I L E S EX GRÆCIS.

H Ic qui nunc pugil est insignis Olympicus, olim  
Auriculas, nasum, mentum, oculos habuit.  
At postquam factus pugil est, haec perdidit armis,  
Et bona defuncti nulla parentis habet.  
Nam ei certat dum frater imagine, iudex  
Dissimilem, atq; alium credidit esse virum.

¶ Aliud.

E St tibi Apolophanes par cribro, imisq; papyri  
Partibus, exedit quas pigra blatta caput.  
Formicæq; foraminibus, lyricisq; figuris,  
Lydia quas olim, quas habuere Phryges.  
Nunc ergo intrepidè nudum caput obiice ferro,  
Haud ullum inueniet iam noua plaga locum.

¶ PRO FORIBVS XENODOCHII  
ex græcis.

C Hæc vterq; mihi ciuisq; hospesq;, rogare  
Vnde, quis aut cuius lex vetat hospitijs.

¶ AD

¶AD SERENISSIMUM PRINCIPEM  
subalpinæ regionis Carolum Emmanuelem cum ei  
tabellas expunctorias & alia munuscula dono  
mitterem anno M.D.LXXVIII.



Ceipe nunc vacuas princeps augustæ tabellas  
Pignus amicitiae, mnemosynonq; meæ.  
Forsitan & scriptas (saueat modo numina coepitis)  
Accipies, & te pagina nostra canet.  
Inuidacq; heu quoniā r apuerunt fata Sébastum,  
Dulce decus musæ, præsidiumq; meæ.  
Tu mihi Mæcenas, & eris mihi Carole Cæsar,  
Seruget & laudi nostra Thalia tuæ.  
Interea magni vestigia celsa parentis  
Ingridere, atq; atavum fortia facta refer.

¶CARMINA VLTIMA DIO-  
nysij de situ orbis à me latine  
reddita.

Tot nempe insignes populos latissima tellus  
Continet, ast ali; innumeri sunt nomina quorum  
Scire, nec humani est facti, nec dicere promptum:  
Sed soli fas noſſe deo, cui cuncta volenti  
Perfecſſe datur, qui prima exordia mundi  
Componens more artificis, pugnantia soluit  
Semina, distinxitq; suis elementa figuris.  
Ille maris monstrauit iter, pelagiq; negatas  
Scire vias, secuitq; cauis liquida æquora velis.  
Vnde tot humanae manarent comoda vitæ.  
Sidera quin etiam coeli partitus in omnes  
Ipse plagas quibus arbitrium terræq; marisq;  
Sorte datum, propriasq; habeant ut singula formas.

Vnde

Vnde sit, ut varijs colluceat ignibus æther,  
Nec facies eadem sit stellis omnibus, album  
Sed riferant aliae radijs, reddantq; colorem,  
Hæc nigris maculis obtusior, illa rubenti  
Lumine flammiferos subfunditur aurea vultus.  
Vtq; inter sece vari ant, sic turbine cæco  
Fluctuat, incertis & casibus anxi a vita.  
At tu terra vale, seu longe dissita ponto,  
Seu pelago vicina faces, seu cingeris vndis  
Vndique, vos fluuij, uos Oceanitides auræ,  
Littoraq; & liquidi fontes, saltusq; valete.  
Iam maris vndosi vastum perecurrimus æquor,  
Vidimus & clausos dubia tellure recessus.  
Restat ut à superis pro carmine præmia nobis  
Proueniant, erit ipse deus mihi maxima merces.

¶ IN QVIBVS LOCIS IPSE  
degere cupiam.

Sint hiberna mihi dilectaæ prædia villæ,  
Octobris æstiuo tempore certa quies.  
Fœlices Eboræ campos, adamaraq; nobis  
Autumnus primis mœnia reddat aquis.  
Vere nouo liceat diuersas visiere terras,  
Et loca Romanis olim habitata viris.  
Plurima quæ nostra sunt in regione, vetustis  
Quæ passim ostentant marmora scripta notis.  
Hæc mihi si tribuant superi, non Lydia sceptræ  
Optarim, aut Tyrii Pygmalionis opes.

¶ IN PIGRVM EX GRÆCIS.

Siluanus geminos natos, somnumq; merumq;  
Diligit, amplexu perpetuoq; fouet.  
Præ quibus & fidos demens contemnit amicos,  
Deserit & Phœbi, Pieridumq; chorum.

Horum

Horum alter largo patrem, dulciq[ue] liquore  
Implet, inexhaustis exhilarans cyathis.  
Mollibus in stratis alter, thalamoq[ue] iacentem  
Detinet, & blando membra sopore grauat.

¶ EPI T A P H I V M C H R I S T O Z  
phori Gamij qui in Aethyopia su-  
pra Agyptum pugnando  
occupuit.

**E**Oi domitor genuit me Gamius orbis,  
Sed non virtuti fama paterna satis.  
Me iuuensem patrijs pugnantem vedit in armis  
India, cum fratri paruit illa meo.  
Vnde per ignotas gentes, cum milite, rubrum  
Trans mare, christicolis missus in auxilium.  
AEthyopum populos Christi, qui numen adorant,  
Quiq[ue] bibunt fontes inclyte Nile tuos:  
Eripui Turcis, Arabumq[ue] tyrannide pulsa,  
Restitui regi regna paterna pio.  
Mox vbi clara tuli deuicto ex hoste trophaea,  
Cæsaq[ue] sunt parua millia multa manu.  
Occubui multis confossus pectora tellis  
Sed bene quod comites non cecidere mei.  
Catera cognolces ex hostibus, illa licebat  
De se Christophoro dicere, plura nescias.

D ¶ CA

Salvando arietibus campi atque passim totas astutis & sumulatq[ue]  
v[er]o, amicisq[ue] duxi & alios abducens vassalos soldatosq[ue] et  
cives suis imp[er]atoris misquidib[us] mutatis stolidis derisorum  
signis alle tollitudo, sumelis lenitas, et id est in aliis vixit  
et in agri fronte et in op[er]is, etiam in exercituq[ue] armis q[ui] minit  
et statuit incolisq[ue] eis, etiam in mortuis cursum v[er]o, et  
in mortuis amicisq[ue] et in mortuis amicisq[ue] amicis q[ui] minit  
et statuit incolisq[ue]

CAROLO EMMANVELI POTEN-  
tissimo Allobrogum duci Iacobus Menoe-  
tius Vasconcellus perpetuam fœlici-  
tatem exoptat.

**N**on patitur meus erga te amor dux præstantissime, tam diuturnum silentium, tamq; obfirmatam scribendi verecundiam, hoc tuo in Hispaniam aduentu non interrumpi. Quanuis enim post obitum inuictissimi ducis Emmanuelis Philiberti patris tui, qui me summa benevolentia prosequutus fuerat, ita animum despundi, ut crederem nihil iam accidere posse, quod conceputum à me dolorem aliqua ex parte mitigaret. Perlata tamen nunc ad nos auspicatissimi coniugij tui fama, animum resumpsi, & aliquid ad te literarum dare constitui, quibus tibi gratulari, & obortam ex tam iucundo nuncio lætitiam significare possem. Gratulator itaq; tibi dux serenissime, & verè, atq; ex animo gratulor, idq; multis de causis, sed præcipue, quod hæc mea gratulatio cum totius reipublicæ christiana gaudio coniuncta est. Nulla enim natio, nulla gens reperietur, quæ modo nominis Christiano faueat, quæ ex his nuptijs non summum gaudium percipiatur. Vendicat sibi primas partes, iure quodam suo huius gratulationis, & publicæ lætitiae, fœelix illa subalpina ora, quæ te aluit, & nobilissima Allobrogum gens tua; sed non cedit illi vñanimis totius Galliæ, atq; Italiorum, in te amando, colendo, obseruandoq; consensus. Quorum omnium studia, & alacritatem superare contendunt Hispaniæ, tui visendi incredibili quodam amore succense. O beatum, fœlicemq; principem, quem totius orbis delicias meritò dicere, & prædicare possumus. O faustas, fortunatasq; nuptias, quas vniuersa christiana respublica celebrare gratulabunda gestit. O verè sapientem, & immortali gloria dignum Philippum regem, qui cum sanguinis necessitudine tibi sit coniunctissimus, coniunctior esse voluit hoc tam arcto affinitatis vinculo. In quo & amori erga te suo verè paterno, & omnium bonorum votis, atq; expectationi satisfecit. Quicumq; enim rempublicam saluam, & incolumem cupiunt, artissimas

Etissimas inter christianos principes necessitudines contrahi, firmissima foedera, & inuiolabiles amicitias conciliari desiderant, ut eo firmissimo propugnaculo, communium hostium rabies contundi, debilitarique possit. Igitur ipsi reipub. gratulandum, quae parte voti sui compos effecta, videt christianos principes ex diuersis orbis partibus, in vnum locum conuenire, non ut odiis certent, aut armis deternant, sed ut sanctissimo foedere coniungantur. Videt illa ex vna parte, tibi obuiam euntem Philippum regem, vna cum dulcissima filia Catharina, sponsa tua, secum ducentem totius aulae, & Hispanæ nobilitatis florem. Ex altera parte, te aduenientem conspicit, cum lectissima tuorum manu, & ornatissimo cœtu, in quo complures viri, sanguinis claritate, opum magnitudine, atque omnium virtutum ornamentis insignes eminent. Quis nō gestat tam celebri pompæ immisceri? Quis non properet, etiam si longo terrarum interuallo disiunctus sit, ut te præsens videre, & salutare queat? Quod ipse libentissime fecisset, & velis, ac remis, ut aiunt, ad te venire contendisset, si per ætatem, & valetudinem mihi licuisset. Sed quoniā mihi eam felicitatem non æqua fors inuidet, hos adolescentes consanguineos meos ad te mitto, ut tibi meo nomine, coram gratulari, & tuo iucundissimo conspectu frui possint. Eos autem tibi multis verbis commendarem, nisi vererer, nimio commendandi studio, aliquid de tua pristina in me voluntate dubitasse, nonnullis videri posse. Deus opt. max. dux serenissime, te reipub. christianæ saluum, & incolumem perpetuo seruet. Eboræ mense Aprilis 1585.

D 2

TILLVS:

ILLVSTRISSIMO ET RE-  
uerendissimo D. Mathæo Con-  
tarello S. R. E. Cardinali Ia-  
cobus Menoetius Val-  
concellus  
S.P.D.

**I**ncredibili lætitia sum affectus, cum te in Cardinalium  
numerum adscriptum, & ad amplissimam istam dignita-  
tem euectum esse intellexi, quam tuis meritis, tuxèq; vir-  
tuti deberi omnes intelligunt, quicumq; sibi persuadent,  
nullum esse tam amplum honoris gradum, qui viris industrijs, sa-  
pientibus, & rerum experientia claris, ac de repub. christiana bene-  
meritis non debeatur. Quare tibi gratulor, non tam quod is tibi  
honos obuenerit, qui semper maximus est habitus, quam quod  
eum virtute, prudentia, industria, & summa in sacrosanctam se-  
dem Apostolicam fidem consequutus. Ea enim vera sunt præmia,  
quaæ vitæ integritati, & exhaustis pro reipub. salute laboribus,  
non autem fortunæ debentur. Sæpe enim accidere videmus, vt  
qui casu aliquo, non autem vera virtute subnixi, ad dignitatum  
culmen, atque etiam ad regiam potentiam eunduntur, mutato  
repente rerum statu, & cessante iuani popularis auræ flatu, in  
maximas calamitates præcipites deuoluantur. Qued his con-  
tingere minimè solet, qui ad iuuandos mortales nati, in sola  
virtute, & honestis disciplinis spem suam collocant. In quos  
nullum ius habet temporum vicissitudo, neque humanarum re-  
rum inconstantia. Quocumque enim sors cadat, perpetuo sta-  
biles, & suorum bonorum securi permanent: velut ex alto  
cernentes aliorum miseranda naufragia. Merito igitur sum-  
mum pontificem Gregorium quis laudauerit, qui fidem tuam,  
& industriam, cæterasq; animi virtutes, primùm amplissimo  
Datarij munere, nunc vero tam excello honoris fastigio dig-  
nas iudicauerit. Quod iam diu meus præfigebat animus. præ-  
figebat dixi; imo si memoria tenes, cum apud me olim diuer-  
tisses,

tisses, tibi hinc proficisci, dexteram tuam prensans, constan-  
tissimè afferui, Vnde te facile intelligere potuisse credo, quale  
fuerit nostrum de tua virtute perpetuo iudicium: atque  
etiam modò me quoquè tacente, minimè puto dubi-  
tare, nemini ex amplissima ista tua dignita-  
te maius gaudium contigisse, quam  
mihi. Quæ ut tibi fausta,  
atque diuturna sit, ve-  
hementer cupio.

Vale Eboræ quar-

to Kalen.

Octobr.

1581.

(C.)

D 3

S A L L U

Domini nostri Iesu Christi

Opere eiusdem librum

M. Crispini

GRADO

UVIA.BHSC

**T**ILLVSTRI ET AD MODVM  
reuerendo domino Iacobo Menecio  
Vasconcello Canonico  
Elborensi.

  
Itere dominationis vestrae, quibus mihi de hac noua dignitate, quam in me sanctissimi domini nostri benignitas contulit, peramanter gratulatur, gratissimae mihi fuerunt, non quod animus in me suus ignotus fuisset: sed quod video illa in amore erga me suo perseverare, meis singularem praestare memoriam. Quod se mutuo facere velim feciat. Etsi enim id illi hucusq; non sum literarum frequentia testificatus, non defui tamen semper optare, quod & nunc facio, ut occasio mihi detur, qua meam illi benevolentiam, ac studium probare possim: cui omnia, quae cupit prospera opto, meq; illi etiam atq; etiam commendo. Romae die v. Kalen. Februarij M.D.LXXXII.

### Dominationis Vestræ.

Obsequijs addicissimus  
M. Car. S. Stephani.

LVDO-

LVDOVICVS PYRHVS

V alconcello suo.



AEpius in laudes raperet mea plectra Thalia  
 V alconelle tuas, mage nī minuisse timeret  
 Ingenij culpa tenuis, quam auxisse merentes  
 Mæonio pangī plectro, musaç Mærohis.  
 Sed mihi cura domus grauis, & morosa senectus.  
 Aptā parum Phœbo, pulchrisq; sororibus, obstant,  
 Ne tua digna alio celebrem præconiā seculo,  
 Orbe alio, & priscis quoquē Mæcenatibus illis.  
 Adde quod Hippocrates quoq; Pergameusq; Galenus  
 Artis pæoniæ procères, veriq; magistri,  
 Quorum castra sequor multis iam miles ab annis,  
 Te laudare vertant, & nos Helicone laborant  
 Deturbare sacro, Phœboq; arcere canoro,  
 Pierioq; choro, ne quas tu pectore condis  
 Virtutes animi egregias, ego promere possim  
 Carmine grandiloquo, mulis, & Apolline digno:  
 Attamen, vt mentis quæ sit sententia nostræ  
 Eloquar: Aonides viridi tua tempora lauro  
 Cinxere, & teneris admirunt vbera labris:  
 Attica præceptis Sophiae tua pectora Pallas  
 Imbuit. Arpinas quoque facundissimus ille,  
 Et pater eloquij, dicendi contulit artem.  
 Quippe parem ituenias nullum, vix nempe secundum;  
 Qui conferre pedem valeat, seu carmina culta,  
 Scribere, seu cupis historias sermone soluto:  
 Seu terrarum orbem radio describere malis:  
 Q uis rogō te melius terræ, pontiç recessus  
 Eruit è tenebris: alta quæ mersa ruina  
 Tempore deleuit penitus longæua vetustas.  
 Q uis sacra pontificum melius dæcteta, patrumq;  
 Rectius explicuit nodos: sacrataç iura:  
 Quid de stirpe tua referam generose Menœtii?

Stemmate qui longo decora<sup>s</sup> cunabula gentis  
Clara tuæ, qua non toto iactantior illa.  
Orbe quidem fuerit, tanto pro munere, fœlix  
Nobilitate tua, sed tu fœlicior illa,  
Nomine quando tuo est leclis noscenda futuris.  
Nam velut stellæ obscurat Luna minores  
Lumine clara suo, sic tu dignissime præfulgi  
Obtenebras altos animi candore corusco.  
Denique nostra tuis vigilando Musa fatiscit  
Laudibus, & portum iam querit anhela quietum.  
Hinc te magnanimus dignatur nosse Sebastus,  
Insinuare suam quoque te conatur in aulam;  
Ut calamo celebres iniuncti gesta sonoro,  
Regis, & antiquos disponas ordine fastos  
Auspicijs Iacobe tuis, atq[ue] alite fausto.

¶ AD PETRVM SANGIVM  
virum virtute, & eruditione  
clarum.



Yrrhus noster amor, cuiq; Sanci  
Absentis memor, intimo, pioq;  
In te pectore nemini secundus,  
Pyrrhus Castalidum decus sororum,  
Pyrrhus Paeonia decorus arte,  
Gratam nomine mi tuo salutem  
Reddens, dulciloquum simul venustè  
Arte compositum obtulit poema.  
Quò vix dulcius, elcgantius uè  
Quicquam pangere, vel queant Camœnae.  
Nam dilemmata pulchra sic figuris  
Exornata nitent, ut arte mira  
Eois rutilat monile baccis  
Distinctum, aut viridi hinc & inde gemma.  
Rebus consona verba sponte manant:  
Queis tantus ruis, ut fluente vena,  
Admicens Latio Atticos lepores,  
In morem rapidi vagēris amnis,  
Imbres cum bibit, & niues solutas.  
Vnum sed queror, & subinde damno.  
In tam splendidulis, venustulisq;  
Sanci versiculis: quod infacetum  
Seclum hoc, insipiensq; & inuenustum  
Laudant, quod meritis tuis referre  
Nescit præmia digna, nec disertis  
Secernit stupidos, & imperitos.

¶ DB

MIP

¶ DE NATALIS VOR DIES.  
qui Kalendis Maij  
contigit.

**S**Alue læta dies, qua primum luminis auras  
Hausimus, & vitæ sumplsimus auspicium.  
Pulchradies toto qua nulla est pulchrior anno.  
Diuorum gemino fulta patrocínio.  
Sis foelix, & fausta mihi multosq; per annos  
Maiori semper lætitia redeas.  
Per te læta viret tellus, & lucidus æther  
Ridet, blandisonis luxurians Zephyris.  
Frigoram itescunt, placidum silet aquor, & aurea  
Leniter impellunt linteal Threiciæ.  
Gramine rura virent, & gemmea prata colorès  
Mille trahunt, montes frondea silua regit.  
Dulce susurrat avis, ludunt in vallibus agni,  
Mugitus edunt lata per arua bœves,  
Læta viget rerum facies, animosq; iacentes  
Excitat, & curas moestitiamq; fugat.  
O me foelicem, nasci cui contigit, illo  
Tempore, quo nullum pulchrius annus habet.  
Sed verè est foelix sapiens, qui tempora vitæ  
Dirigit ad summi numinis obsequium.

¶ DE VSV DIVITIARVM  
ex græcis.

**V**tere diuitijs tanquam moriturus, eisdem  
Parce, velut vitæ sit mora longa tuæ.  
Ille sapit verè, qui cum hæc cognouerit, æquum  
Inter ytrumq; potest constituisse modum.

CIN

## ORATIO DOMINICA.

**S**VMME parens, qui tecula habitas Rel-  
lantia cali,  
Te cuncti, nomen tuum venerentur, ador-  
rent,

Te regem, dominumq; calant, tua sceptra  
tremiscant.  
Ac velut in calo semper tua certa voluntas  
Perficitur, sic & terrae tibi seruat orbis.  
Fac pater assuet & caelestia munera mensae  
Ne nos deficiant hodie, culpisq; benignus.  
Da veniam nostris, ut nos ignoscimus illis,  
Quorum aliqua nobis mens est obnoxia culpa.  
Irritagus hostilis fac sit tentatio, nec nos  
Demonis induci insidias, astuq; malig ni.  
Permitte, illi, eosq; malis precor eripe cunctis.

## SALVATATIO ANGELICA.

Ave Maria gratia  
Plena, ecce tecum altissimus.  
Beata tu inter feminas,  
Veneris beatus & tui vir.  
Fruetus, puer dulcissimus  
IESVS. Parens sanctissima  
MARIA pro afflictis reis,  
Interueni omni tempore.

## SALVE REGINA.

Inclita calicolum salue regina, parensq;  
Eximiae pietatis, ave dulcissima vita,  
Certaq; spes hominum, magnis clamoribus Eua  
Exilio damnata grani, miserundag proles,  
Poscit opem, atq; imo suspiria pectore ducens,  
Dat gemitus, largisq; lumen et lat fletibus ora.  
Ergo patrocinium nobis age, profer, & istos  
Ad nos dia oculos vultu conuerte benigno,  
Et dulcem nobis natum, aut borem q; salutis  
Humanae, exiliij transacto tempore nostri

Cernere, conspectuq; frui concede pere nnī.  
O Clemens, nūtiaq; animi pietate decora,  
O dulcisq; o perpetuo purissima virgo.

IN LAVDEM EIVSDEM  
sacratissimae virginis.

Quoniam dilecta deo pulcherrima virgo,  
Clar a velut Lune inbar, & radiantia solis  
Lumina, stella maris, conuexi ianua cali,  
Cedrus & excelsi frondosa in vertice montis.  
Purpureas & odore rosas, & candida vincis  
Lilia, paciferæ cedit tibi germen olma.  
Tu speculum sine Labe nitens, tu virgula Iesæ,  
Vena perennis aquæ, fons viua vberrimus Undæ,  
Hortulus & varisque depiclus floribus, alto  
Vndiq; quem solidus paries modumine cingit:  
Tu diuinus deimus, & stellantis regia olympi,  
Septaq; inaccesso turris Danidicam mino.

Visum est mihi adiicere loco suquisima carmina M.  
Hieronymi Vida Albae episcopi, quibus Orationem de-  
minicam eleganter expressit, libro quarto Christados,  
circa finem, in hunc modum.

Omnipotens genitor, sedes cui, lucidus æther,  
Sic nomen, laudesq; tuae celebrantur ubique,  
Et premisa olim incipient procedere lustra,  
Cum tua non manu in terris gens iussa facesat  
Mortalis, quam calicole tibi in æthere parent.  
Nos diuina bode collo dape resifice ab alto.  
Parce de hinc bonus, ut nostris ignoscimus isti  
Hostibus, ac nullis adversis oblige inermes  
Tentando, probibe à nobis sed cuncta pericla.

Autore Jacobo Menatio Vasconcello.

UVA. B. MISC.

## ¶ IN AVARVM EX GRAECIS.

**M**Vrem Asclepiades in tectis vidit auarus.  
Musq; quid in nostris ædibus inquit agis?  
Cui mus subridens respondit, amicet timere  
Define, non victum hic quæro, sed hospitium.

¶ Aliud in eundem.

**S**Vnt tibi diuinitæ multæ, sed pauperis est mens.  
O successor! diues, inopsq; tibi.

## ¶ CLAVS ET GLORIA.

¶ Deo Opt. Max.



IN AVARUM EX GRECCIS.

M  
Autem Avarum ex Greccis in ecclesiis videtur  
Munificenter uoluntas et dñeis uideretur  
Qui sunt impudentes et impudicos, summa iniuste  
Diligunt, non agnoscunt pietatem deo templis uisus

AVARUS IN CONGREGATIONE

V  
Autem tibi diligenter uocare, ut quodquecumque est tuum  
O dilectionis gratia, uocabilius.

ALVAS ET GLORIA

Deo Opere Miserere



UVA.BHSC



UVIA.BHSC

UVA.BHSC

1

UVA LIBRARY